



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

Prima causa. Causa prior labem codemnat simoniam. Septem
quæstiones primæ causæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

C. IX. ¶ Cum usu pallii aliqua privilegia debent concedi.

Unde idem Gregorius Syagrii Episcopo Augustodunensi, lib. 7. epist. 112.

Rationis a ordo omnino nos admonet, ut cum usu pallii aliqua simul sicut diximus, largiri privilegia debeamus. Sed quoniam cum honoris augmento, cura quoque sollicitudinis debet accrescere, ut cultui vestium, actionis quoque ornamenta conveniant, oportet, ut enixius in cunctis se studii vestra fraternitas exerceat, & circa i subditorum adus sit cura vigilans, ut vestrum illis exemplum instructio, & vita magistra sit.

¶ Et circa] Locupletatus est hic locus ex originali. C. X. ¶ Usus pallii conceditur, & antiqua privilegia innovantur.

Idem Joanni Episcopo prima Iustiniana Illyricae, lib. 4. epist. 15. seu c. 19.

Pallium b vobis ex more transmissimus, & vices vos Apostolicæ sedis agere iterata innovatione decernimus.

C. XI. ¶ De eodem.

Idem Episcopo Epiri, lib. 3. epist. 7. seu cap. 107. indist. 14.

Scriptorum c vestrorum insinuatione, fratres charissimi, patefecit Andream fratrem nostrum Nicomedianæ civitatis Episcopum, Deo propitio, solemniter ordinatum. & infra. ¶ Suprascripto igitur Andream fratris, & Coepiscopo nostro pallium nos direxisse agnosci-

a Polyc. lib. 1. tit. 24. Ivo par. 3. cap. 146. Eucherius lib. cap. 35. b Anf. lib. 6. c. 86. c Anf. lib. 6. c. 200.

te, atque privilegia, atque cuncta concessisse, quæ prædecessores nostri ejus prædecessoribus contulere.

DISTINCTIO CI.

¶ Nunc autem provincia duo metropolitana esse non debent: sicut in Chalcedonensi concilio, cap. 12. statutum est.

C. I. ¶ Duo metropolitana in una & eadem Provincia esse non debent.

¶ Pervenit a ad nos, quod quidam præter ecclesiasticas ordinationes affectantes potentiam, per pragmaticum sacrum i unam provinciam in duas dividenda ita ut ex hoc inveniantur duo metropolitana Episcopi in una eademque provincia esse. Statuit ergo sancta synodus deinceps nihil tale attentari à quolibet Episcopo eos verò qui aliud tale attentaverint, cadere de propria gradu.

¶ Pragmaticum sacrum] Versiones presca, & Dionysiana habent, per pragmaticam formam: Græcè autem est Πραγματικόν, quod in eodem capite paulò post dicitur. Hællenus de electione, & ordinatione clericorum tractatus. Nunc ad simoniacorum ordinationes transiens, Et a facile liqueat, quod super hac hæresi, sanctorum patrum decreta auctoritas, causa deducitur in medium: cujus negotium, crederetur à simoniacis consecratis, & de ordinationibus, quæ per peccata sunt, continentur.

a Polyc. lib. 1. tit. 24. Ivo par. 3. cap. 146. Eucherius lib. cap. 35.

DECRETI PRIMAE PARTIS FINIS.



DECRETI PARS SECUNDA.

CAUSA I.



¶ Vidam habes filium, obrulit eum ditiissimo canobis: exaltus ab Abbate, & à fratribus decem libras solvit, ut filius susciperetur, ipsi tamen (beneficio atatu) hoc ignorante. Crevit puer, & per incrementa temporis & officiorum ad virilem ætatem, & sacerdotis gradum pervenit. Exinque susfragantibus meritis in Episcopum eligitur, interveniente obsequio & paternis precibus, data quoque pecunia quadam ex consiliarius Archiepiscopi, consecratus iste in Antistitem, nescius paterni obsequii & oblata pecunia. Procedente vero tempore nonnullis per pecuniam ordinavit, quibusdam vero gratis benedictionem sacerdotalem dedit: tandem apud metropolitanum suum accusatus, & convulsus sententiam in se damnationis accepit.

- 1. q. Hic primum quartus, an sit peccatum emere spiritualia.
2. q. Secundo, an pro ingressu ecclesie sit exigenda pecunia, vel si exalta fuerit, an sit persolvenda.
3. q. Tertio, an ingressum, vel præbendam ecclesie emere sit simoniacum.
4. q. Quarto, an isto sit reus criminis, quod eo ignorante peccatum admiserit.
5. q. Quinto, an liceat ei esse in ecclesia, vel fungi ea ordinatione, quibus paternam pecuniam esse assecutus.

- 6. q. Sexto, an illi qui ab eo jam simoniacò ignoranter consecrati sunt, abjiciendi sint, an non.
7. q. Septimo, si renuncians sua hæresi sit recipiendus in Episcopali dignitate, vel non.

QUESTIO I.

¶ Quid autem spiritualia emere peccatum sit, probatur multo minus auctoritate.

C. I. ¶ Simoniaci gratiam non prestam, quam vendere querunt. At eam Leo Papa.

¶ Gratiã i si a non gratis datur, vel accipitur, gratia non est. Simoniaci autem non gratis accipiunt: igitur gratiam, quæ maxime in ecclesiasticis ordinibus operatur, non accipiunt. Si autem non gratis cuiquam datur, non habent, nec gratis, nec non gratis cuiquam datur possunt. Quid ergo dant? profecto, quod habent: quod autem habent? Spiritum utiq; mendacii. Quomodo hoc probamus? quia si Spiritus veritatis (testante à ipsa veritate, de qua procedit) gratis accipitur, proculdubio Spiritus mendacii esse convincitur, qui non gratis accipitur.

1. ¶ Gratiã] Similima primum verbu huius capiti habetur in epistola Leonis primi Nicetæ Aquileiensis Episcopi scripta, quæ a Desiderius in tract. de simonia. b Mart. 10.

est gratia, sed merces. Reliqua apud ipsam non sunt inventa.

C. II. Inaniter sacerdos dicitur, quicumq; simoniace ordinatur.

Item Gregorius Syagrii Episcopo Augustodunensi, lib. 2. epist. 110.

Quicumque a studeat pretii datione sacrum ordi- nem mercari, dum non officium, sed nomen at- tendit, sacerdos non esse, sed dici tantummodo inaniter concupiscit.

Caput hoc ex originali est emendatum, & locupletatum.

C. III. Spolietur honore, qui ecclesiam per pecuniam obtinet.

Item ex registro.

Presbyter si per pecuniam ecclesiam obtinuerit, non solum ecclesia priverit, sed etiam sacerdotii ho- nore spolietur: quia altare, & spiritum Sanctum emere, vel vendere, simoniacam hæresim esse, nul- lus fidelium ignorat.

Non est inventum in registro B. Gregorii, unde videtur citari, sententia habetur apud Gregorium VII. lib. 6. reg. in indice concilii eo anno habiti, & in concilio Turonensi sub Carolo Magno, cap. 25. in Remensi, c. 21. Moguntino sub Rahamo, c. 12. & altero Moguntino sub Arnulpho, cap. 5. & infra eadem quasi, 3. cap. altare. quod ibi citatur ex Paschali.

C. IV. De eodem.

Item Gregorius I. dicta epist. lib. 7.

Benedictio illi in maledictionem convertitur, qui ad hoc, ut fiat hæreticus, promovetur.

In aliquo varus exemplaribus caput hoc conjunctum est su- perioris, & præter epistolam pro indicatam, eadem sententia habetur lib. 4. epist. 15. & lib. 3. epist. 107. Episcopi Epri.

C. V. Partem habebit cum Simone, qui con- tra simoniacos vehementer non exarsit.

Item in eodem.

Quisquis d per pecuniam ordinatur, ad hoc ut fiat hæreticus promovetur. Quisquis ergo contra si- moniacam, & neophytorum hæresim pro officii sui lo- co vehementer non exarsit, eum eo se non dubitet ha- biturum portionem, qui prius commisit hoc piacularè flagitium.

Verba: pro sua ipsa hujus capituli non sunt inventa in episto- li B. Gregorii. Verum Paschalis Papa II. (ut est apud Ivonem ac Polycarpum) citat hæc ex ipso beato Gregorio: ac simillima priorum partu hujus capituli sunt lib. 4. epist. 15. & 16. posteriori ve- rò partu lib. 10. epist. 35. Victori Episcopo. Et Isidori Diaconus lib. 3. cap. 4. scribit generalem sententiam à B. Gregorio contra simoniam & neophytorum hæresim prolatam, in epistola Victoris scri- ptæ contineri. Capitulum 24. concilii Meldensis ab Ivone p. 5. c. 75. citatum, partim convenit cum ipsa epistola Victori scripta, & par- tim cum illa, qua Ivo & Polycarpus citant ex Paschali, & cum illa, qua hoc loco refert Gratianus. De qua hæresi è Gallia ejicienda Gregorius lib. 4. epist. 11. scribit Virgilio Arelatensi, & 17. epist. 110. Syagrii, & alii Episcopi Gallia.

C. VI. Simoniæ damnatio dantem & accipien- tem pariter involvit.

a Polyc. lib. 2. tit. 1. Anselmus libro 6. cap. 79. b Infra ead. quæst. 2. cap. altare. c Infra cap. cum liquat. in fine. Polyc. ibidem. Anselmus libro 6. cap. 80. Burchardus lib. 1. c. 21. Ivo par. 3. cap. 75. & 112. d Concil. Mel. cap. 42. Denudedis par. 7. Polyc. lib. 2. tit. 1. Ivo par. 2. cap. 84. & par. 5. cap. 75. Anselmus lib. 6. cap. 77.

Item Gelasius Papa. ad Episcopos per Luca- niam constitutos, epist. 1. cap. 26.

Quos a consuetudine indignis meritis, sacram merca- tos esse pretio dignitatem convictos oportet acceri, non sine periculo facinus tale perpetrantes, quia dantem pariter & accipientem damnatio Simonis, quam facta le- sio & testatur, involvit.

C. VII. Anathematis sententia damnatur, qui simoniace ordinatur.

Item Ambrosius I in libro pastorali.

Reperitur è quàm plurimi negotio & muneris peti- turi, mercari velle gratiam Spiritus sancti: dum vi- le pretium donant, ut pontificalis sublime culmen ac- cipiant, obliti verborum Petri, qui dixit ad Simonem [Pecunia d tua tecum fit in perditionem, quoniam do- num Dei existimasti per pecuniam possideri.] Proinde, quia & usitatum est tantum malum, & majorum fre- quenter constat mucrone succifum, nos quoque huic vulnere cancroso ignitum (quod superest adhuc) inji- cimus ferrum, decernentes omnino, ut quicumq; deinceps propter accipiendam sacerdotii & dignitatem quod- libet premium fuerit derectus obrulisse, ex eodem tem- pore se noverit anathematis opprobrio condemnatum, atque à participatione Christi corporis & sanguinis a- lienum: ex quo illum constat execrabile Christo per- petrasse flagitium. Quod si aliquis extiterit, qui accuset, ille, qui hunc ordinem munerum fuerat datione lucra- tus, & suscepto honoris gradu priverit, & in monasterio sub penam penitentia retrudatur. Illi verò, qui hac causa muncium acceptores extiterint, si clerici fuerint, honoris amissione mulctentur: si verò laici, anathemate perpetuo condemnentur.

I Ambrosius] Caput hoc in libro pastorali B. Am- brosi, unde citatur, non est inventum. Habetur tamen in concilio Tolitano VIII. cap. 3. quem canonem integram An- selmus lib. 6. ca. 85. partem verò ipsius Ivo p. 5. c. 83. ex dicto con- cilio citant.

C. VIII. Damnatur Episcopus, qui per pecuniam ordinationem facit.

Item ex concilio Chalcedonensi. g cap. 2.

Si quis Episcopus per pecuniam ordinationem fe- cerit, & sub pretio redegerit gratiam, quæ vendi non potest, ordinaveritque per pecuniam Episcopum, Chore- piscopum, Presbyterum, aut Diaconum, vel quemlibet de his, qui connumerantur in clero, aut promoverit per pecunias dispensatorem, aut defensorem, vel mansio- narium, vel quemquam omnino, qui subiectus est regu- læ, pro suo turpissimi lucri commodo, is qui hoc at- tentasse probatus fuerit, proprii gradus periculo sub- jacebit, & qui ordinatus est, nihil ex hac ordinatione, vel promotione, quæ est per negotiationem facta, proficiat, sed fit alienus à dignitate, vel sollicitudine, quam pecuniis acquisivit. Si quis verò mediator tam turpibus, & nefandis datis, vel acceptis extiterit, & ipse, siquidem clericus fuerit, proprio gradu decidat: si verò laicus, aut monachus, anathematizetur.

C. IX. A sacerdotio est alienus, qui per pecunias ordinat, vel ordinator.

Item ex octava i synodo.

Qui i per pecunias quenquam consecraverit, vel ab alio consecratus est, alienus à sacerdotio fiat.

a Polyc. lib. 7. tit. 6. Denudedis par. 2. Burchardus lib. 1. cap. 22. Ivo par. 3. cap. 76. * Ald. 8. b Ansel. lib. 6. cap. 85. c al. negotiatione. d Ald. 8. e al. divini dom. f al. religio- tur. g c. 97. circa medium infra eadem. h Polyc. 1. 2. tit. 37. Ansel. 1. 6. c. 81. Burch. 1. 2. c. 110. Ivo p. 3. cap. 118. Pam. lib. 3. cap. 118. i Novell. 4. c. 1. & nov. 123. c. 3. apud Julianum antecessorem. Ansel. 1. 6. c. 7. Ivo p. 5. c. 121.



¶ **¶ Octava**] In aliquot vetustis exemplaribus caput hoc citatur ex septima synodo, in qua capitulo quinto refertur canon trigessimus Apostolorum ad hanc rem faciens. In epistola autem Tarasii ad Adrianum Papam, (que in exemplaribus bibliothecae Vaticanae, & alibi, est in fine ipsius septima synodi) refertur canon vigesimus secundus synodi, qua in Trullo, hu verbis. Eos, qui per pecunias ordinati sunt, sive Episcopi, sive quicumque clerici, & non secundum probationem, & vitae optionem, deponi precipimus, sed & illos, qui hos ordinasse noscuntur. Extat etiam hac de re epistola Basilii ad Episcopos sibi subiectos.

C. X. ¶ Nec ordinari, nec promoveri in ecclesia Dei per pecuniam aliquis valet.

Item Calixtus Papa.

Sanctorum Patrum exempla sequentes, & officii nostri debito innovantes, ordinari quengquam per pecuniam in ecclesia Dei, vel promoveri, auctoritate sedis Apostolicae modis omnibus prohibemus. Si quis vero in ecclesia ordinationem, vel promotionem taliter adquisierit, acquisita profus careat dignitate.

¶ Est Calixti secundi, qui paulo ante Gratianum vixit, & aliquot concilia a se habitis contra Simoniam, & investituras ecclesiarum, quas Germanici Imperatores usurpaverant, multa decrevit: de quibus Abbas Vissergensis ab anno Domini M. C. XVIIII. in quo electus est Pontifex, usque ad annum M. C. XXIV. accurate scribit.

C. XI. ¶ De eodem.

Item Gregorius Nazianzenus.

Qui studet donum Dei pretio mercari, in sacro ordine nulla ratione de cetero permanere, aut revocari posse dubium non est. Talis a communione omnibus modis abscondatur. Nam Spiritus Sancti donum pretio comparari, quid aliud est, quam capitale crimen, & Simoniaca haeresis? quod quam detestabiliter in utroque testamento vindicatum sit, multorum exemplis facile apparet. Giezi gratiam sanitatis Naaman a Syro vendidit, eandem gratiam fanitatis, Haelixto vindicante, leprosus factus amisit. Iudas b omnium redemptorem vendidit, mox laqueo suspensus eandem redemptoris gratiam non obtinuit, & merito, quia nemo potest retinere, quod vendidit. Simon d etiam magus cum eandem Spiritus Sancti gratiam emere vellet, damnationis sententiam a Petro audivit [Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia donum Dei existimasti pecunia possideri.] Dominus etiam, ut vendentes & ementes huius gratiae expertes ostenderet, cunctos peccatores per gratiam in templo dimisit, singulariter vendentes & ementes increpans & flagellans de templo eiecit, in quo venditores, & emptores suos gratia Spiritus Sancti constat definitos esse, & vacuos. Quos enim Christus eiecit de templo, numquid Spiritus Christi faceret sibi templum?

In operibus B. Gregorii Nazianzeni, quae multa Graeco, & Latine extant, nihil tale reperitur est. Habentur autem similia in epistola Tarasii ad Adrianum.

C. XII. ¶ Simoniaci sacerdotes esse non possunt.

Item Gregorius.

Quicumque sacros ordines vendunt, aut emunt, sacerdotes esse non possunt. Unde scriptum est [anathema danti, anathema accipienti, hoc est, Simoniaca haeresis.] Quomodo ergo, si anathema sunt, & sancti non sunt, sanctificare alios possunt? & cum in Christi corpore non sint, quomodo Christi corpus tradere, vel accipere possunt? Qui maledictus est, benedicere quomodo potest?

a 4. Regum 3. b Matth. 27. c al. redemptionis. d Act. 2. e Ioan. 2. f Deusededit par. 4. ex Paschali, infra cap. Placuit.

Deusededit in tractatu contra Simoniacos refert hoc ex epistola Paschali Papa secundi ad Mediolanenses.

C. XIII. ¶ De eodem.

Item Gregorius Syagrii, & alii Episcopi, lib. 7. epist. 110.

¶ **¶** Cuius a liqueat hanc haeresim ante omnes i ratiō pestifera subreplevit, atque in ipsa origine sua, Apostolica esse detestatione damnata, cur non cavetur, cur non penditur, quia benedictio b illi in malitiam conversionem convertitur, qui ad hoc, ut fiat haereticus, permovetur?

¶ **¶** Omnes] Aenea legebatur, omnia: sed glossa videtur magis convenire lectiois restituta: quae est in aliquot manuscriptis & ipso originali.

C. XIV. ¶ Qui pretio ordinat, lepram, non officium confert.

Item Ambrosius de miseratione c, seu de dignitate sacerdotali, cap. 5.

¶ **¶** Cuius d ordinaretur Episcopus, quod dedit, autem fuit, quod perdidit, anima fuit: cum alium ordinaret, quod accepit, pecunia fuit: quod dedit, lepra fuit.

C. XV. ¶ De eodem.

Idem ibidem.

¶ **¶** Ratiam e, cum ordinaretis, non suscepisti, quia perditio eam non meruisti.

C. XVI. ¶ De eodem.

Idem ib. 4. ad cap. 4. Lucae.

¶ **¶** Cuius f turpem sequitur lepra mercedem, & perditio corpus, animumque male quaesita commaculat. ¶ **¶** paulo post. ¶ **¶** Vides, quia factio auctoris susceptione imnatur haeredit. Inexpiables est enim venditi culpa, & sterili g, & gratiae vindicta coelestis transit ad posterum. ¶ **¶** Denique h Moabitis, & ceteri non intrabant ecclesiam usque ad tertiam & quartam generationem, tandem delictis (ut simplicius interpretemur) donec culpam aeternam multiplicis successio generationis aboleret. ¶ **¶** cum illi, qui in Deum idololatriae errore deliquerunt in quartam i generationem videantur esse multum profecto durior videatur esse sententia, quia Giezi fuit usque in aeternum pro cupiditate habendi, Proprietate auctoritate damnatur (praesertim cum Dominus noster IESVS Christus pro lavacri regenerationem omnium remissionem dederit peccatorum 2) nisi i vitorum magis, quod generis semen intelligas. Sicut enim qui filii promissionis sunt, estimantur in semen bonum, & etiam qui filii erroris sunt, estimantur in semen malum. Nam & Iudaei l ex patre diabolo, non utique carnis possessione, sed criminis. Ergo omnes cupidi, omnes autem Giezi lepram cum divitiis suis possident, & male quaesita mercede, non tam patrimonium facultatum, quam forsaurum criminum congregarunt, aeterno supplicio brevi fructu.

¶ **¶** In quartam] Antea legebatur, in tertiam & quartam: Sed & a B. Ambrosio, & ab uno vetusto Gratiani codice est vox, tertiam. Deuteronomio autem 23. Idemorum quatuor & Aegyptiorum filii permittuntur tertia generatione intrare ecclesiam Domini, sed de Moabitis sic scribitur. Ammonites, & Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt ecclesiam Domini in aeternum.

¶ **¶** Peccatorum] Sequitur, cur ergo Giezi semen in aeternum damnatur? quae apud beatum Ambrosium non habentur.

¶ **¶** Quia ergo auctoritate Leonis Papa simoniaci non

a Ioan. Diac. lib. 3. ca. 4. Polyd. lib. 2. tit. 1. Barid. lib. 1. cap. 1. Deusededit par. 2. Ivo par. 5. cap. 75. b supra cap. benedictio. c mysterium. d Deusededit par. 2. Ivo par. 3. c. 90. e Ivo ibidem. Deusededit ibidem. f Ivo p. 5. c. 132. g al. misericorditer. h Deusededit p. 2. i al. nisi ut vitium. k Rom. 8. l Ioan. 4.

si spiritum mendacii accipiunt, secundum Gregorium apud
 Simoniaco sacerdotium non subsistit 1, benedictio eorum in
 maledictionem convertitur, apud eos manet anathema danti & ac-
 cipienti, cum sancti non sint, nec in Christi corpore constituti, cum
 sint maledicti, nec sanctificare alios possunt, nec corpus Christi tra-
 dere, vel accipere, nec benedicere alii valent: secundum a Am-
 brosius vero anathematis opprobrio condemnantur, atque a par-
 ticipatione corporis & sanguinis Christi alienantur, cum accipiatur
 aurum, & lepra detur, cum inexpugnabilis sit culpa venditi myste-
 ri b, secundum Chalcedonense concilium, ex tali ordinatione ni-
 hil proficere iudicatur, secundum Gelasium Simoni damnatione
 involvitur, secundum Gregorium Nazianzenum in sacro ordine
 permanens, aut renovari nulla ratione possunt, ab Heliaso lepra per-
 funduntur, a Petro in perditionem damnantur, a Christo vero de
 templo ejiciuntur, quod aliud Simoniaco Simoniaco in sua ordina-
 tione potest conferre, nisi quod Innocentius * de ceteris hereti-
 cis testatur, dicens epist. 13. ad Alexandrum, cap. 3.

¶ Non subsistit] Simoniaco recipitur quidem characte-
 rem, sed sunt ipso facto suspensi. Ita ratione habita usus, vere
 dicitur potest ipse sacerdotium non subsistere, ac propterea rectissi-
 mi b. Gregorius 1. ad epist. 33. Victori Episcopo scribens, Simoniacam
 ordinationem vocat illicitam, & effectum carentem.

C. XVII. ¶ Qui Spiritus perfectionem
 non habent, ipsam dare non
 possunt.

¶ Qui e perfectionem Spiritus, quam acceperant,
 perdidit, non ejus dare plenitudinem possunt
 (quæ maxime operatur in ordinationibus) quam per
 suam perfidiam perdidit. Et iterum: ¶ Qui honorem
 non habuit, honorem dare non potuit: nec aliquid ille
 accepit, quia nihil erat in dante: sed damnationem,
 quam habuit, per pravam manus impositionem dedit.

¶ In hoc capite non referuntur ipsa prioris verba Innocentii,
 quæ tamen habentur partim infra ead. c. Arrianos, partim in
 capite non sequenti, ventum est. in versiculo, Sed econtra-
 riod.

C. XVIII. ¶ Simoniaco per pravam manus im-
 positionem, non benedictionem, sed
 damnationem praestat.

Idem Rufo, & alii Episcopi, epist. 22. c. 3.

Ventum d est ad tertiam questionem, quæ pro sui
 difficultate longiorem exigit disputationem. Cum
 nos dicamus ab hereticis ordinatorum, vulneratum per il-
 lam manus impositionem habere caput, ubi vulnus in-
 fixum est, medicina est adhibenda, qua possit recipere
 sanitatem. Quæ sanitas post vulnus secuta sine cicat-
 rice esse non poterit, atque ubi poenitentia remedium
 necessarium est, illic ordinationis honorem locum ha-
 bere non posse decernimus. Nam si ut legitur e, quod
 tetigerit immundus, immundum erit, quomodo ei tri-
 buetur, quod munditia ac puritas consuevit accipere?
 ¶ Sed econtrario asseritur, cum, qui f honorem am-
 sit, honorem dare non posse, nec illum aliquid accepisse:
 quia nihil in dante erat, quod ille possit accipere.
 Acquisimus, & verum est certe, quia quod non ha-
 buit, dare non potuit. Damnationem utique, quam ha-
 buit, per pravam manus impositionem dedit, & qui par-
 ticeps effectus est damnationis, quomodo debeat honore
 accipere, invenire non possumus. ¶ Sed dicitur g vera ac

a Sup. e. reperuntur. b al. ministerii. * adde c. 97.
 circa medium infra eadem c Anselm. l. 6. c. 73. Epist. 22. cap. 3.
 ad Episcopos Macedoniae in fine. adde c. 73. 97. & 98. infra eadem.
 d Poly. l. 2. tit. 31. & l. 7. tit. 7. Anselm. 6. c. 73. al. 70. Ivo p. 6. cap. 59.
 Pann. l. 3. c. 150. In fine ad Arrianos. e Num. 19. Levit. 15. & Ag-
 gai 2. f Sup. qui perfectionem, veris qui honorem, eadem epi-
 stola cap. 4. g Ivo par. cap. 60.

justa legitimi sacerdotis benedictio auferre omne vi-
 tium, quod a vitioso fuerat injectum. Ergo si ita est, ap-
 plicentur ad ordinationem sacrilegi, adulteri, atque om-
 nium criminum rei: quia benedictione ordinationis
 crimina, vel vitia putantur auferri: nullus sit poenitentia
 locus, quia id potest prestare oratio, quod longa sa-
 tisfactio prestare consuevit. Sed nostra lex ecclesiae est,
 venientibus ab hereticis, qui tamen illic baptizati sunt,
 per manus impositionem laicam tantum tribuere com-
 munionem, nec ex his aliquem in clericatus honorem vel
 exiguum subrogare.

¶ pars. Sed obicitur: alii heretici a fide exorbitant, simo-
 niaci autem est gratiam Spiritus Sancti venalem putant, tamen
 a fide alieni non sunt: atque ideo, quod ab Innocentio de ceteris
 hereticis decernitur, non valet de his consequenter intelligi. His itaque
 respondetur. Simoniaci est fides tenere videantur, infidelitatem
 tamen perditioni subiciuntur.

C. XIX. ¶ Simoniaco fidei integritatem non
 habent.

Unde B. Ambrosius in lib. 2. de poenit. cap. 4.
 adversus Novatianum scribit,
 dicens.

Petrus a Simoni, qui magica artis consuetudine de-
 pravatus putasset, quod gratiam Christi per imposi-
 tionem manus, atque infusionem Spiritus Sancti compararet
 pecunia, ait b [Non est tibi pars, neque fors in hac fi-
 de 1: quia corruptum non est rectum apud Deum, &c.]
 Vides quod hunc magica vanitate blasphemantem in Spi-
 ritum Sanctum, apostolica auctoritate condemnet, & eo
 magis, quia puram conscientiam fidei non habebat?

¶ In hac fide] Vulgata editio habet, in sermone isto.
 Græcè est, ἐν τῷ λόγῳ τῆς φ.

C. XX. ¶ Simoniaco infidelis esse pro-
 batur.

Item Gregorius lib. 9. epist. 53. ad Theodoricum
 Regem.

¶ Vm e omnis avaritia idolorum sit servitus, quis-
 quis hanc, & maxime in dantis ecclesiasticis ho-
 noribus vigilantem non præcavet, infidelitatis perditioni
 subicitur, etiam si tenere fidem, quam negligit 1, vi-
 deatur.

¶ Quam negligit] Sic est emendatum ex manuscriptis
 exemplaribus, & originali. In vulgatis enim legebatur, fidem
 verbis, quam negat factio, videatur.

C. XXI. ¶ Simoniaco non habente ceteris damna-
 bilior esse probatur.

Item ex epist. Thatafi Constantinopolitani Epi-
 scopi, missa Papa Hadriano.

¶ Os d qui per pecunias manus imposuerunt, vel im-
 ponunt, Petrus divinus Apostolus (cujus cathedram
 sortita est sanctitas vestra) tanquam Simonem magum
 deponit. & infra: ¶ Tolerabilior est enim Macedonius,
 & eorum, qui circa ipsum sunt, Spiritus Sancti impugna-
 torum impia hæresis. Illi enim creaturam, & servum
 Dei patris, & filii, Spiritum Sanctum delirando faten-
 tur: Isti vero eundem Spiritum efficiunt suum servum.
 Omnis enim dominus, quod habet, si vult, vendit, five
 servum, five aliquid aliud eorum, quæ possidet. Simi-
 liter & qui emit, dominus ejus volens esse, quod em-
 rit, per pretium pecunie illud acquirit. Ita & qui hanc
 iniquam actionem operantur, detrahunt Spiritui San-
 cto, aequaliter peccantes his, qui blasphemaverunt, di-
 centes e Christum in Beelzebub ejicere Dæmonia: atque
 ut verius dicamus, Iudæ comparantur proditori, qui Iu-
 dæis Dei occisoribus Christum vendidit. f Cum ergo Spi-
 ritus Sanctus consubstantialis sit Christo, ejusdem omni-
 no & ipsi portionis erunt. Et proculdubio in eis non

a Ivo in proemio. Pannorm. lib. 3. tit. 5. cap. 17. b Act. 8.
 c Anselm. l. 15. c. 44. d Anselm. 6. c. 86. al. 75. Deinde dicit part. 2.
 e Matth. 12. f Matth. 26.



aurum, argentumve accipere, aut aliud quidpiam nobis vindicare: quod sententiæ ex divinis scripturis, & patrum doctrinis infra subjecta demonstrabunt. Qui enim manus imponunt, ministri sunt Spiritus, non venditores Spiritus. Nam cum gratis gratiam Spiritus acceperint, gratis etiam illis, qui ab ipsis accipiunt, dare iussu sunt ex voce Domini, hac ipsa libertate, potestatemque accepta. Quod si quis eam aut emissit convictus fuerit, hunc ex sacerdotali ordine excedisse pronuntiant, quamquam nomine sacerdotum sortitus est, sed in eum falso nomen istud confecti re ipsa comprobatur. Nemo enim potest Deo & mammonæ servire, prout ex Evangelio didicimus. Et quoniam audivimus Deum per os Prophetæ & clamantem [Sacerdotes loquimini ad cor Hierusalem] rursusque d. minantem, ac dicentem [Si speculator viderit gladium venientem, & non insonuerit buccina, & populus se non custodierit, venietque gladius, & tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiramus.] huius igitur, quæ ex silentio imminet, condemnationis metu, omnibus earum, quæ apud nos sunt, ecclesiarum præfatis annunciamus, ita ut scident divinum Apostolum esse imitantes, dicamus, mundi sumus à sanguine eorum, qui transgrediuntur canonicas constitutiones, & multo magis eorum, qui ob pecunias ordinarunt, aut ordinati sunt: quippe cum Petrus, divinus ille Apostolus, cuius & cathedram sortita est fraterna vestra sanctitas, hos deposuerit, ut Simonem magum. Propterea non refugimus, quin veritatem prædicemus, servantes, ac retinentes ea quæ à sanctis, & omniquaque benedictis Apostolis, & ab inelytis patribus nostris canonicè sunt tradita. Et si quid horum ab aliquibus violatum est, averlamur. Fraterna igitur vestra summo sacerdotio congruens sanctitas, legitime & apte ad voluntatem Dei sacerdotalem sanctificationem administrans, celebrem adepta est gloriam. Dixit enim per Prophetam f. primus & magnus Pontifex Christus. [Vivo ego, nisi eos, qui me glorificant, glorificabo.] Nostri enim o vir eorum desideriorum, quæ Spiritus sunt, longè tolerabiliorem esse Macedoniam, & eorum, qui ab illo, Sancti Spiritus impugnantur hæretim. Nam cum illi Sanctum Spiritum Dei, & patris creaturam, & servum nurgent, hi suum ipsorum, quantum putant, servum ipsum faciunt. Omnis enim Dominus quidquid habet, cum liberit, vendit, sive famulum, sive aliquid aliud ex his, quæ possidet. Similiter & qui emit, volens emptæ rei dominus fieri, argenti pretio eam acquirit. Ita qui hoc nefarium facinus admittunt, Sanctum depriment Spiritum, æque peccantes, atque illi, qui Christum in Beelzebub ejicere damonia ore blasphemò dicebant: vel, ut verius dicam, Iudei proditori sunt similes, qui Dei interfectores Iudæis argenti pretio Dominum vendidit. Quando igitur Spiritus Sanctus consubstantialis est Christo Deo nostro, perspicuum omnino est, eos in eadem parte, ac sorte numerandos esse, ut demonstravimus. Quod si non venditur, quemadmodum certe non venditur, competitissimum quoque est in istis Sancti Spiritus gratiam non esse, aut sacerdotii sanctificationem. Et quod non acceperunt, non habent. Meminerint sancti Petri ad eum, qui id procurarat, hoc modo dicentis g. [Non est tibi pars, neque fors in sermone isto.] Nam si venditur sacerdotii dignitas, supervacua igitur apud ipsos est honesta vite institutio, & puritatis, virtutisque cultus: supervacua apud ipsos & Paulus divinus Apostolus, docens h. oportere Episcopum esse sine crimine, temperantem, modestum, aptum ad docendum, continentem, sobrium, infi-

stentem fidelis secundum doctrinam sermone, ut potens sit & exhortari in doctrina sana, & contradicentes repellere. Pereunt igitur hæc omnia ex eo, quod sacerdotium venditur & emitur. Subjecta igitur sententiæ ex sanctis collectæ alienum omnino à sacerdotio pronuntiant eum, qui quocumque tempore dederit, vel acceperit, sive ante ordinationem, sive in ordinatione, sive post ordinationem. Accipere enim est, quodcumque accipere. Sed & omnes ecclesiasticas promotiones, in quibus pecunia intervenit, irritas esse iubent.

C. XXII. ¶ Et qui dat, & qui accipit ut ordines sacri præsentur, anathema sit.

Item ex concilio Bracarenfi II. cap. 3.

Placuit a, ut de ordinatione clericorum, Episcopi manera nulla accipiant: sed sicut scriptum est *, quod gratis donante Deo accipiunt, gratis dent. Non aliquo pretio gratia Dei, & impositio manuum veniunt: quia antiqua definitio patrum ita de ecclesiasticis ordinationibus statuit, dicens b. [Anathema sit danti & accipienti.] Propterea, quia aliquanti multis sceleribus obruti c, sancto altario indigne ministrantes, non hoc testimonio bonorum actuum, sed profusione munerum obtinent, oportet d non per gratiam muneri, sed per diligentem prius discussionem, deinde per multorum testimonium clericos ordinare.

Ex illa auctoritate B. Ambrosii, & Gregorii patet, quod simoniaci (sicut & alii hæretici) à sede exorbitant, & ideo consequenter de illis intelligitur, quod de aliis decernitur.

¶ Item opponitur, quod prophetia donum Spiritus Sancti est: hæc e autem in veteri Testamento à sancto Propheta vendi consueverat. Unde Saul f ad Samuelem pro vaticinio expetendo non nisi cum munere ire præstansit. Uxor g etiam Hieroboam ad hominem Dei non nisi cum munere accessit. Item Christus h à Iuda vendit auriculam servi sanavit. Exemplo itaque Saulis, & uxoris Hieroboam patet, quod donum Spiritus Sancti emere, vel vendere non est peccatum. Exemplo Christi liquet, quod Spiritus S. est iniuste à simoniaci venali putetur, virtutis tamen sui non obliviscitur, nec desinit effectum sui gratis etiam vendituri præstare. Sed de prophetia B. Hieronymus in cap. 3. i. Michaa competenter solvit, malos tantum accepisse, non bonos demeruisse.

C. XXIII. ¶ Mala Prophetia, non boni Prophetiam vendebant.

¶ Indices, inquit, ejus in muneribus judicabant, & sacerdotes ejus in mercede respondebant, & Prophetæ ejus in pecunia divinebant, & super Dominum requiescebant, dicentes. Nonne Dominus in nobis est? non venient super nos mala. Idcirco propter vos Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem, ut custodia pomarii erit. Nemo ambigit Hierusalem propter sceleria, quæ in hoc capitulo describuntur, fuisse subversam. ¶ Infra. ¶ Poterat utique Petrus Simoni mago vendere quod petebat, imò poterat simulare vendentem (spiritus enim Sanctus nec venditari, nec emi potest;) sed oblatâ pecuniam cum offerente damnavit. ¶ Paulo post. ¶ Nec quenquam moveat illud, quod in primo Regum I libro m legimus, Saulem volentem ire ad Samuelem dixisse puero suo, ad eum se ire non posse, quia pretium, quod offerret pro vaticinio non haberet, & puerum respondisse. [Ecce inventa est in manu mea quarta pars sici pecuniæ, & dabo viro Dei, & annuntiabit vobis viam nostram.] Non enim scriptum est, quod Samuel acceperit, aut quod illi obulerint: quin potius à Propheta pascuntur, & invitatur ad prandium.

a Ivo par. 5. cap. 128. * Matth. 10. b Supr. c. quicumque. c al. obnoxii. d oportet ergo orig. e alios. f 1. Regum. 9. g 3. Reg. 14. h Luc. 22. i Michaa 3. secundum 70. k Al. s. l al. regnum. m 1. Reg. 9.

Sed fac eum accepisse, stipēs magis aestimandæ sunt tabernaculi, quam munera Prophetiæ: sicut enim viginti obolos habet; & quarta pars sicuti, quinque sunt oboli. Et nostri igitur sacerdotes, si volunt vendere Prophetiam, & columbas in cathedris suis proponere, quas Dominus flagello subvertit, quinque tantum r. obolorum sint mercede contenti: qui utinam non pretia villarum sed quinque obolos acciperent. ¶ Hoc ipsum sonat, & in tertio a regnorum libro, quod uxor Hieroboam infirmante filio pergit ad Achiam hominem Dei, & deferet ei decem panes 2, & crustulam, & vas mellis: quia hæc magis 3 in sumptum Prophetæ, quam muneri Prophetiæ reputanda sunt. Licet potuerint, quid ariolos ire confueverant (quia multi divini, & arioli erant in Israël) mala consuetudine aestimasse idipsum etiam de Prophetis, & voluisse sanctis viris offerre, quod divinis offerre consueverant. ¶ Vnde 4 in quarto b libro Regum e legitur, [quod Helisus venit Damascum; & Benadad Rex Syriæ agrotabat, annuaueruntque ei dicentes. Venit vir Dei huc: & ait Rex ad Azaem: Tolle tecum munera, & vade in occursum viri Dei, & consule Dominum per eum, dicens, si evadere de infirmitate hac poterit. Ivit ergo Azaem in occursum ejus habens secum munera, & omnia bona Damasci, onera quadraginta camelorum.] Sed non est credendum accepisse: sicut de eodem Heliso legitur d, quod Naaman mundatus à lepra obtulit ei munera dicens [Obsecro, ut accipias benedictionem à servo tuo. At ille respondit. Vivit Dominus, ante quem sto, quia non accipiam. Cumq; vim faceret, penitus non acquivit.]

¶ Caput hoc in uno vetusto exemplari conjunctum est superiori, & loco prima dictioni, Indices, legitur, Ducēs, quemadmodum est apud B. Hieronymum in versione 70.

1 ¶ Quinque tantum obolorum sint mercede contenti, qui] Ista omnia absunt à recentioribus editionibus B. Hieronymi, atque etiam à vetustioribus, præter dictionem, qui. Sed non sunt expuncta, quia sententia non officium.

2 ¶ Decem panes, & vas mellis, & crustula] Sic in vulgata Latina B. Hieronymus habet, panes, & uvæ passas, & vasculum mellis. In Græca autem vulgata, & crustula, & uvæ passæ commemorantur, ἀρτες, ἰσχυρὴ, καὶ κροσσοὶ τοῖς τέλεισιν ἀπὸ τοῦ, καὶ κροσσοὶ.

3 ¶ Quia hæc magis] Ista usque ad vers. Licet non habentur hic apud B. Hieronymum, sed loco eorum hæc. Dicitur enim, quid secum illa portaverit: & tamen Propheta non scribitur accepisse: quippe cum & corripuerit eam, & venturum luctum prædixerit, licet, &c.

4 ¶ Vnde in quarto] Hæc usque ad finem non sunt inventa apud B. Hieronymum.

C. XXIV. ¶ Quod divinatio in bonum non accipitur.

Idem in eodem capite.

Nunquam divinatio in scripturis in bonam partem accipitur. [Non est augurium in Iacob, neque divinatio in Israel.] Videbantur sibi quidam esse Prophetæ: sed quia pecuniam accipiebant, prophetia ipsorum facta est divinatio.

¶ Hoc etiam caput in aliquo vetusto est conjunctum superiori, & legitur ut in originali, Nunquam enim.

Cum ergo secundum Hieronymum boni Prophetæ non manerent Prophetiæ accipiebant, sed stipēs tabernaculi: malis autem, qui accipiebant, Prophetiæ, quæ Dei erat donum, in divinationem, quæ diabolica est, convertebatur: quid aliud cogitur, nisi quod simonia (quod superius dictum est) nulla spiritali gratia cooperatur? Cum enim in sacramento, neque qui plantat, neque qui regat, sit aliquid, sed qui incrementum dat, Deus, qui operatur in eis, si Dominus, qui incrementum

a 3. Reg. 14. b 4. Reg. 8. c al. Regnorum. d 4. Reg. 1. e Num. 23. f 1. Corinth. 3.

dat, in eis non licet, sed est otiosus? Item, quod dicitur à Christo, quod sicut Christus vendidit auricularam resurget Malchus, & fecit miracula, sic & Spiritus Sanctus possit vendi, & in ipsa venditione suam gratiam operari, non valet hæc similitudo. Ita enim hæc operatur Spiritus Sanctus spiritaliter in perfidii mentis avaritia, quod Christus gessit corporaliter certi: mystice causa ad exemplum patientia. Si enim commensura est similitudo, cum credatur posse vendi, sicut Christus, credatur etiam Spiritus Sanctus posse crucifigi: quod impossibile est. Potest etiam intellegi (ut à similitudine non recedamus) quod sicut Christus venditus non venditor: vel ementi, sed eis, qui resicientes à deum in sua gratia contulerit: pro quibus etiam in cruce supplicavit: sic & Spiritus Sanctus non vendenti vel ementi, sed his, qui de manibus eorum, ignorantia ducti, sacramenta Dominica accipiunt, sua gratie effectum largiri probatur. Item obicitur, quod est magis sit ecclesiastica emere, tamen sapè sinistra principia ad felices pervenunt exitus. Ut Iacob b per supplicationem pervenit ad benedictionem, ut seges qua leprosa manū fecerat, mundata terræ metitur, ut ex adulterio concubitu pulchra soboles nascitur, sic & pecunia, qua per Simoniam acquiritur, felices habet exitus, cum pauperibus profutura erogatur. Sed nihil horum simonia patrocinetur.

C. XXV. ¶ Quæ malo incipiuntur principio, non peraguntur bono exitu.

Aut enim Leo Episcopus ad Maurus Episcopus, epist. 13. al. 87.

Principatus e quem aut feditio extorsit, aut ambra occupavit, etiam si moribus, atque actibus non offedit, ipsius d. tamen initii sui est perniciosus exemplo. & difficile est, ut bono peragantur exitu, quæ malo fuerint choata principio.

C. XXVI. ¶ Non superadificatur bñm opus, ubi Christus fundamentum non est.

Item Gregorius Antiochenus Episcopus, lib. 7. epist. 47. in illud.

¶ Vm Paulus dicat e [Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus,] consequenter probatur, quia ubi Christus non est fundamentum, nullum boni operis est superadificium.

¶ Apud B. Gregorium sic legitur. Prædicator autem ego gius dicit [fundamentum, &c.] Quisquis ergo cum dilectione Dei & proximi, fidei, quæ in Christo est, similitem tenet, eundem Iesum Christum Dei & hominis filium apud se possit fundamentum. Sperandum ergo est, quod ubi Christus fundamentum est, bonorum quoque operum sequatur ædificium.

C. XXVII. ¶ Non potest fieri elemosyna ex pecunia simoniae acquisita.

Idem Syagrius, & alius Episcopus, lib. 7. epist. 110.

Non f est putanda elemosyna, si pauperibus dispensectur, quod ex illicitis rebus accipitur, quia qui hac intentione male accipit, ut quasi bene dispensect, gratatur potius, quam invatur 1. & paulo post. Vnde etiam illud certum est, quia etsi monasteria, aut xenodochia, vel quid aliud de pecunia, quæ pro sacris ordinibus datur, construantur, mercedi non proficit. & paulo post. ¶ Ne ergo sub obtentu elemosynæ cum peccato aliquid studeamus accipere, aperte sacra Scriptura nos prohibet, dicens g [Hostiæ impiorum abominabiles, quæ offeruntur ex scelere.] Quidquid enim in Dei sacrificio ex scelere offertur, omnipotentis Dei non placat iracundiam.

a Luc. 22. Joan. 14. b Genes. 27. c Anst. 17. c. 17. d. 11. e. c. miramur. d al. 14. e 1. Cor. 3. f Iuan. Diac. P. 1. lib. 2. tit. 1. Anselm. lib. 5. c. 20. Pamm. 1. 2. cap. 194. Ivo p. 1. 110. g Prov. 22.

sed irritat. Hinc rursus scriptum est a [Honora Domini-
num de tuis iustis laboribus.] Qui ergo male tollit, ut
quasi bene præbeat, constar sine dubio, quia Dominum
non honorat. Hinc quoque per Salomonem dicitur, [Qui
offert sacrificium de substantia pauperum, quasi victimam
filium in conspectu patris.] Quantum autem dolor patris
sit, perpendamus, si in eius conspectu filius victimetur.
Et hinc facile cognoscimus, quantum apud Deum dolor
exasperatur, quando ei sacrificium ex rapina tribuitur.
Nimis ergo declinandum est, dilectissimi fratres, sub ob-
tentu elemosynæ, peccata simoniaca hæreticos perpe-
trare. Nam aliud est propter peccata elemosynas facere:
aliud propter elemosynas peccata committere c. 2. &
post pauca. ¶ Quisquis ergo sacerdotium non ad elatio-
nis pompam, sed ad utilitatem adipisci desiderat, prius
vires suas cum hoc, quod est subituras, onere metiatur,
ut si impar est, abstineat, & ad id cummeru etiam, cui d
se sufficere existimat, accedat.

1 ¶ **Quatur.** Si hic interponatur capus, Elemosyna. infra,
24. q. 5. erit integer hic locus.
2 ¶ **Committitur.** Hic apud B. Gregorium interjunctur:
Hic quoque dist. 29. & c. Sicut Neophytus. dist. 48.

C. XXVIII. ¶ **Tasor simoniacus nul-
lam ovibus præbet medici-
nam.**

**Item Theodoro & Theoberto & Regibus Franco-
rum, libro septimo, episo-
la 114.**

Fertur simoniaca & hæretis (quæ prima contra Dei
ecclesiam diabolica plantatione subrepsit, & in ipso
ortu suo zelo b Apostolica ultionis percussa, atq; dam-
nata est) in regni velti finibus dominari: cum in sacer-
dotibus fides sit eligenda cum vita. Si enim vita deest,
fides meritum non habet, beato Iacobo attestante, qui
ait: [Fides sine operibus mortua est.] Quæ enim ope-
ra esse valeant sacerdotis, qui honorem tantum sacra-
menti convincitur obtinere per præmium? & post pauca.
¶ Hinc igitur non solum in ordinatis, & ordinari a-
nimam lethale vulnus infligitur, verum etiam excellen-
tissimæ vestre regnum, & Episcoporum culpa (quorum magis
intercessionibus juvare debuerat) prægravatur. Si
enim dignus sacerdotio creditur, cui non ad honorem
merita, sed præmium copia suffragatur, restat, ut nihil
sibi in ecclesiasticis honoribus gravitas, nihil defendat
industria, sed totum auri profanus amor obtineat. Et
dum vitæ remunerantur honore, in locum vitioris, is,
qui fortasse fuerat ulciscendus, adducitur: atque hinc
sacerdotes non proficere, sed perire potius judicantur.
Vulnerato namque pastore, quis curandis ovibus ad-
hibeat medicinam? aut quomodo populum orationis
clypeo tueatur, qui jaculis se hostilibus feriendum ex-
ponit? aut qualem de se fructum producturus est, cuius
gravi peste radix infecta est? Major ergo metuenda
est locustis forte calamitas, ubi tales intercessores ad
locum regimini adveniunt, qui Dei in se magis iracun-
diam provocant, quam per semetipsos populis placare
debuerant.

*Circa ergo secundam Leonem Simoniam non bono peragatur exitu,
secundum Gregorium nullum boni operis sequatur adificium, nec sit
putanda Elemosyna, quæ ex pretio Simonis erogatur pauperibus,
vulnerato pastore medicina non adhibetur curandis ovibus, de inse-
cta radice fructus non producitur, major etiam calamitas in futuro
metuetur, de tam sinistro principio quis felix exitus speratur?*

C. XXIX. ¶ **Simoniacum sacramentum esse
ita gratia cadent.**

a Prov. b Eccl. 24. c al. perperare. d al. qui. e al.
Theoberto. f Poly. ibidem. Anf. l. 6. cap. 78. l. 100. part. 1. cap. 111.
g al. Simoniacum hæreticum. h al. tele. i Jaca. k al. regi-
men vestrorum Episcoporum.

Hinc etiam Augustinus ait.

Sicut Eunuchus fuit, qui * Ioseph comparavit, ita qui
gratiam mercatur, vivum semen non habet sicis ge-
nitalibus. Sic quoque ignis a sacrificiis, qui per septua-
ginta annos Babilonica captivitas sub aqua vixerat, ex-
tinctus est, Antiocho Iasoni vendente sacerdotium: quod
significat Spiritus Sancti ignem non lucere in simonia-
cis b sacramentis.

*Quid in his similitudinibus beatus Augustinus notare voluit, nisi
quod sacramenta simoniacorum (sicut & hæreticorum)
lucet sint vere quantum ad formam, mania tamen, & falsa sunt,
quantum ad effectum, cum non possint in cordibus hominum gignere
vel accendere calestem gratiam?*

5 pars. Sed obicitur illud Augustini contra hæreticos tra-
ctatus. super Evangelium Ioannis.

C. XXX. ¶ **Sive bonus, sive malus sit mini-
ster, per utrumque effectus gratia
confertur.**

Si e iustus fuerit minister, computo eum cum Paulo,
qui gloriam suam non quaerit, dicens [Ego d plan-
tavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit.]
Qui verò fuerit superbus minister, cum diabolo com-
putatur: sed non contaminatur donum Christi, quia per
illum r purus fluvius transit, & venit ad fertilem ter-
ram. Scio quia lapis ex aqua fructum ferre non potest:
& si per lapideos canales transit aqua ad areolas, in can-
nali lapideo nihil generatur, sed tamen hortus plurimum
fructum affert. Spiritalis enim virtus sacramenti ut lux
pura ab illuminandis excipitur, sed per immundos tran-
siciens non coinquinatur.

¶ *Ab initio huius capiti usque ad vers. donum Christi. Al-
geria lib. 3. c. 5. citat ex beato Augustino, cuius tamen propria verba
habentur infra de consecr. dist. 4. cap. aliud. & si fuerit.*

1 ¶ **Quia per illum.]** Apud B. Augustinum tractatus. le-
gitur. Quod per illum fluit, purum est, quod per illum
transit, liquidum venit ad fertilem terram: puta, quia
ipse lapideus est, quia ex aqua fructum ferre non potest:
per lapideum canalē transit aqua ad areolas, in canali
lapideo nihil generans, sed tamen hortus plurimum fr-
uctum affert. Spiritalis enim virtus sacramenti ita est, ut
lux: & ab illuminandis pura excipitur, & per immu-
dum transeat, non inquinatur.

C. XXXI. ¶ **De eodem.**
Idem ad Vincentium Donatistam,
epist. 45.

Ex catholica ecclesia sunt omnia Dominica sacra-
menta: quæ sic habent, & dant, quemadmodum ha-
bebantur, & dabantur, etiam priusquam inde exiret.

C. XXXII. ¶ **De eodem.**
Idem de baptismo contra Donatistas, lib. 5,
cap. 29.

Sic s autem & Deus adest sacramentis, & verbis suis,
per qualeslibet administrantur, & sacramenta Dei
ubique recte sunt, sicut b mali homines, quibus nihil
profiunt, ubique perversi sunt.

C. XXXIII. ¶ **De eodem.**
Idem lib. 2. de bapt. contra Donatistas,
cap. 12.

Nec: foris ergo, sicut nec intus quisquam, qui ex
parte d diaboli est, potest vel in se, vel in quoquam
maculare sacramentum, quod Christi est.

* Gen. 19. a 2. Mach. 1. & 2. b al. simoniacorum. c In-
fra de consecr. dist. 4. c. aliud. Algeria l. 3. c. 5. Anf. l. 9. c. 30. Poly. l. 3.
tit. 10. d 1. Cor. 3. e Algeria l. 3. c. 9. Deus dicit in malis, de simo-
niacis: Poly. l. 3. tit. 10. f al. si. g Algeria l. 3. c. 2. l. 100. p. 2. c. 117.
h al. & i Algeria ibid. Deus dicit in tractatu de simoniacis:
Anf. l. 9. c. 31. Poly. ibid. k al. parte diabolo.



C. XXXIV. ¶ Sacramenta que non mutantur, catholici & hæretici communia probantur.

Idem ad Emeritum, epist. 164.

Sacramenta a quæ non mutantur, sicut habetis, approbantur à nobis: ne forte cum vestram pravitatem corrigere volumus, illis mysteriis Christi, quæ in vestra pravitate depravata non sunt, sacrilegam faciamus iniuriam. Neque enim & Saul depravaverat unctionem quam acceperat, cui unctioni tantum honorem Rex David pius Dei servus exhibuit.

C. XXXV. ¶ De eodem.

Idem ad Donatistas.

Sicut fidei veraciter, non fide recipiunt, nec eorum baptismi reprobatur, sic & illa, quæ schismatici, vel hæretici, si non aliter habent, nec aliter agunt, quam vera ecclesia, cum ad nos veniunt, non emendamus, sed potius approbamus.

¶ Verba ipsa prioris partis huius capituli usque ad v. reprobantur, non sicut inveniuntur apud B. Augustinum: sed habetur sententia libri de baptismo contra Donatistas c. 12. Reliqua autem huius capituli pars est in eodem libro c. 13.

C. XXXVI. ¶ Non fugiantur sacramenta Dei, a quocunque ministrantur.

Idem contra literas Petilianus, lib. 3. c. 19.

Neque enim in homine bono aliquis Dei sacramenta fugiat, neque in homine malo.

¶ Libro tertio contra literas Petilianus, unde videtur sumptum esse hoc capitulum, sic legitur: Nemo gloriatur, nec in homine bono: nemo bona Dei fugiat, nec in homine malo. Hoc autem capitulum significatur supra distinct. 22. ca. prater. 6. verum principia.

C. XXXVII. ¶ Hominum malitia sacramenta non profanant.

Idem de baptismo contra Donatistas, lib. 6. c. 44.

Nonne Sodomitæ Ethnicæ erant, id est, gentiles? Peiores ergo erant Iudæi, quibus Dominus dicit [Tolerabilius erit Sodomis in die iudicii, quam vobis.] Et quibus Propheta dicit [Iustificasti Sodomam] id est, in comparatione vestri facta est. Numquid tamen ideo sacramenta divina, quæ apud Iudæos erant, talia erant quales ipsi erant: quæ Dominus quoque ipse percepit, & ad ea celebranda leprosus quoque mundaverat, misit, & ea Zachariæ ministranti angelus adfuit, cumque in templo sacrificantem exaudiatum esse nuntiavit. Hæc eadem sacramenta & in bonis hominibus illius temporis erant, & in malis peioribus, quam sint Ethnicæ, quandoquidem Sodomis in malitia prælati sunt: & tamen illa sacramenta erant in utroque integra, & rectum in doctrinis suis habere potuerunt, non improbaverunt sancti nostri: quamvis illi per suas superstitiones, & idololatriam, & superbiam, cæterosque perditos mores detestandi essent, & nisi corrigerentur, divino iudicio puniendi.

C. XXXVIII. ¶ Sacramenta mali habere potest, licet virtutem Spiritus Sancti habere non possint.

Idem libro 3. cap. 16.

Multa autem operationes sunt Spiritus Sancti, quas Apostolus, cum quodam loco, quantum sufficere arbitratus est, commemorasset, ita conclusit [Omnia autem hæc operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult.] Cum ergo aliud sit sacra-

a Alger. l. 3. c. 9. Polyg. tit. 16. b. 1. Reg. 24. & 26. c. Sup. dist. 32. c. prater hoc 6. verum principia. Ivo p. 10. c. 71. d. Matt. 19. e. Esch. 16. f. al. vestra Sodoma iustificata est. g. Luc. 17. h. Zachar. 1. i. al. viii. k. Polyg. lib. 3. tit. 10. Anf. lib. 9. c. 29. l. 1. Corinth. 12.

mentum, quod habere etiam Simon magus potuit, aliud prophetia, quæ in malis hominibus etiam fieri solet, ut in Saul, aliud operatio ejusdem Spiritus, quam nisi boni habere non possunt, sicut est finis præcepti, charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, quodlibet hæretici, & schismatici accipiant, charitas, quæ cooperit multitudinem peccatorum, proprium deum est catholicæ unitatis, & pacis: nec est in omnibus, quia nec ejus sunt omnes.

C. XXXIX. ¶ Licet sacramenta mali ministrant, remissionem peccatorum non præstant.

Idem eodem libro, c. 19.

Remissionem peccatorum, evari non dabantur: quæ per orationes sanctorum, id est, per columbae gemitus datur, quicumque baptizet, sed ad ejus pacem illi pertinent, quibus datur. Non enim raptoribus, & feneratoribus diceret f. Dominus [Si cui dimiseritis peccata, remittuntur illi, si cui teneveritis, tenebuntur.] Foris quidem nec ligari aliquid potest, nec solvi, nisi non sit qui aut ligare possit, aut solvere: sed solvitur qui cum columba fecerit pacem, & ligatur, qui cum columba non habet pacem, sive aperte foris sit, sive intus esse videatur.

¶ Ergo sacramenta in modum lucis ab immundis coinquantur possunt, si in modum pteri fluxus per lapideos cavales, ad fertilissimas per veniant, patet, quod simoniaci sacramentum unctum, quod quidem inutiliter & perniciosè habent, aliis autem utiliter & fructuiter eadem unctionem administrant. Sicut ergo sunt vera sacramenta hereticorum quantum ad formam, ita sunt vera, & in mania, quantum ad effectum.

¶ 6 pars. Sed notandum est, quod sacramentorum alia, & in necessitati, alia dignitati. Quia enim necessitas non habet legem, sed ipsa sibi facit legem, illa sacramenta, quæ saluti sunt necessaria, quia iterari non possunt, eam sint vera, & suffragia, vel amissionem habent, sed cum poenitentia rata esse permittuntur. Illa vero sacramenta, quæ sunt dignitatis, nisi digne fuerint administrata, non digni dignè a dignis provehantur, dignitates esse desinunt, nec inveniuntur veritas sacramenti, sed ut cesset officium administrandi, in loco, vel tempore, vel promotione.

Loco, ut ait Leo ad Rusticum Narbonensem Episcopum, cap. 1. la 90. cap. 1.

C. XL. ¶ De his, qui à pseudoepiscopis ordinantur.

Si qui clerici ab istis pseudoepiscopis in eis ecclesiis ordinati sunt, quæ ad proprios Episcopos pertinebant, & ordinatio eorum cum consensu, & iudicio prælati facta est, potest rata haberi, ita ut in ipsis ecclesiis perseverent. Alii autem vana est habenda ordinatio, quæ nec loco fundata est, nec auctoritate munita.

¶ Caput hoc emendatum est, ac locupletatum ex ipsa epistola referitur supra dist. 62. c. 1. §. si qui.

Ecce aliquis à pseudoepiscopis ordinatus, si locum sine ordinationis mutaverit, vana est, & sine administratione non valet ordinatio.

Tempore, ut ait Innocentius epist. 22. cap. 3. de ordinati. Bonif.

C. XLI. ¶ Quæ pro necessitate conceduntur, eadem cessante cessant.

Quod pro necessitate temporis statutum est, cessante necessitate, debet utique cessare, pariter quod urgetur, quia alius est ordo legitimus, alia usurpatio, quam ad præfens fieri tempus impellit.

a Act. 8. b. al. operatio Spiritus qua in m. h. c. ff. sine qua habuit prophetiam: aliud, & c. orig. c. 1. Timoth. 1. c. 1. m. d. Remissionem, orig. e. Polyg. ibid. Anf. lib. 9. c. 33. f. Ivo p. 10. g. adde c. 106. infra eadem. h. Supra dist. 62. c. 1. Barth. l. 1. c. 1. Ivo p. 5. c. 65. i. Ivo in prologo fol. 3. Pan. c. 17. in prologo, c. 2. quod pro remedio.



¶ Quam ad præfens] Hæc sunt addita ex Innocentio, cuius verba in hoc capite in summam redacta sunt infra q. 7. c. quod pro remedio. plenius referuntur.

Ergo aliqui alio tempore, ab eo qui Bonoso similis sit, ordinatus, esset ab administratione, que pro necessitate illius temporis fuit permissa.

Item promotio, ut ait Leo epistola tertia ad Iulianum a Aquilegensis.

C. XLII. ¶ Qui ab hæretico redeunt, sine spe promotionis in suis ordinibus recipi possunt.

¶ Si quis hæretice communionis contagione se macularit, hoc in magno habeat beneficio, si ad eam sibi omni spe promotionis in quo invenitur ordine permaneat.

¶ Macularit] Hic apud B. Leonem, cum alia verba sunt interjecta, tunc e. saluberrimum. infra q. 7. capite enim hoc est quasi summa quadam, quemadmodum & c. omnia. infra eadem, tamen est illud paulo plenius fit.

Exce si clericus vel ordinatio, vel quolibet sacramento hæretice communicat, cessant a promotione vix in suo ordine perseverat. Non est enim de sacramento hoc, ut de ceteris. Cetera enim vel ad culpam abluendam dantur, ut baptismus & penitentia, vel pro culpa non in æternum, sed ad hanc negantur, ut Eucharistia, que in articulo mortis penitenti etiam de nefario peccato conceditur. Hoc solum non solum pro culpa, sed etiam pro infamia interdicitur. c. & pro immunitate munditia sua, vel extrinseca, vel intrinseca perfectionis præparata, ut legimus, vel viduus maritus, vel illiteratus, vel corporis qualibet parte variis denegatur: quibus tamen baptismus, vel Eucharistia non negatur. Potest etiam talia cetera sacramenta administrare, qui istud solum non valet conferre.

C. XLIII. ¶ De Episcopis, qui talem consecrant, qualem consecrare non licet. Unde Leo ait ad Episcopos Africa, epist. 85. al. 87. cap. 2.

¶ Si qui Episcopi talem consecraverint sacerdotem, qualem non licet, etiam si aliquo modo damnum proprii honoris evaserint, ordinationis tamen jus ulterius non habebunt: nec e. illi unquam sacramento in eorum non habebunt, quod, neglecto divino iudicio, immerito præstiterunt.

Exce cum honoris periculum evadant, ut cetera sacramenta sacerdotatiter administrare permittantur, ab hoc solo non modo pro hæresis, vel pro quolibet majori culpa, sed etiam pro negligentia remouentur. In quibus omnibus sollicite notandum est, quod sacramentum sacerdotis promotionis præ ceteris omnibus magis accuratè, & deigne dandum, vel accipiendum est: quia nisi ita collatum fuerit, eo defuncto est ratum, quo non fuerit rite perfectum. Cetera enim sacramenta vitæ, propter se dantur, & vitæ quoque talia sunt, quali corde, vel conscientia accipiuntur. Istud solum non propter se solum, sed propter alios datur: & ideo necesse est, ut vero corde, mundaq; conscientia, quantum ad se, sumatur, quantum ad alios vero non solum sine omni culpa, sed etiam sine omni infamia propter scandalum hæreticorum: ad quorum utilitatem, non solum ut præsentem, sed etiam ut profum, sacerdotium datur.

C. XLIV. ¶ Simoniaei rei sunt infidelitatis eorum, qui a se scandalizantur. Unde Hieronymus ad e. 3. Michas.

¶ Quoscumque de affectis suis ordinant, clericos, & vitam eorum in scandalum populis exponentes, rei sunt infidelitatis eorum qui scandalizantur.

Revera enim qui ad hoc eliguntur, ut ceteris præsent, sicut

a al. Iamarian. b Infra ead. c. omnia. & quæst. 7. c. saluberrimum. c. al. interdum etiam pro. d 21. quæst. 2. c. si qui Episcopi. Anselm. lib. 9. cap. 74. Ivo part. 5. cap. 107. e. nec ei sacramentum. orig.

præordinantur dignitate, sic præeminere debent sanctitate. Alioquin, cur ceteris præferuntur, qui nulla meritorum gratia à ceteris assumuntur? Hinc etiam Symmachus Laurentio Mediolanensi Episcopo post sextam synodum Romanam.

C. XLV. ¶ Sicut honore, ita & scientia quique præcellere debet.

Vilissimus a computandus est, nisi præcellat scientia & sanctitate, qui est honore præstantior.

7 pars. ¶ Pareat ergo illud Augustini (sacramenta videlicet Christi per hæreticos ministrata suo non carere effectu) non de omnibus intelligi generaliter, sed de sacramento baptismi.

C. XLVI. ¶ Baptismus sive per bonum, sive per malum ministratur, restituti non debet.

Unde idem Augustinus ait tract. 5. in Iohannem.

¶ Edicitur baptismum ludas, & non baptizatum est post Iudam, dedit Iohannes, & baptizatum est post Iohannem, quia qui datus est à Iuda, baptismus Christi erat, qui autem à Iohanne datus est, Iohannis erat. Non Iudam Iohanni, sed baptismum Christi, etiam per Iudæ manus datum, baptismum Iohannis etiam per manus Iohannis dato rectè præponimus. & paulo post. ¶ Quos baptizavit Iohannes, Iohannes baptizavit: quos autem baptizavit Iudas, Christus baptizavit. Sic ergo quos baptizavit ebrius, quos baptizavit homicida, quos baptizavit adulter, si baptismus Christi erat, Christus baptizavit. Item pauca interjecta. ¶ Quod sacramentum tam sanctum est, ut nec homicida ministrante polluat.

¶ Ebrius] Auidia, sublatâ, & emendatâ non nulla in hoc capite ex originali, non tamen vox ista ob glossam. Legendum est enim, ebriolus.

C. XLVII. ¶ De eodem.

Idem de baptismo contra Donatistas, lib. 4. c. 4.

¶ Sicut e. urgeri videor, cum mihi dicitur, ergo hæreticus dimittit peccata? sic & ego urgeo, cum dico, ergo qui cœlestia mandata non servat, avarus, rapitor, fornicator, invidus, verbis, non factis sæculo renuncians, dimittit peccata? si per vim sacramenti Dei, sicut & ille, ita & ille. Si per meritum suum, nec ille, nec ille. Illud enim sacramentum & in malis hominibus Christi esse cognoscitur. In corpore autem unice à columba, incorruptæ, sanctæ, pudicæ, non habentis maculam, aut rugam, nec ille, nec ille invenitur. Vei cuius manus esset arida, verum quidem esset membrum, quamvis sine sanguine, & inefficax esset, & mortuum. sic & fides, cum sit vera, tamen sine e. operibus mortua est. Item paulo post. ¶ Sic ergo in hæresi baptizatus in nomine sanctæ Trinitatis, tamen non fit templum Dei, si ab hæresi non recesserit, quomodo neque in avaritia in eodem nomine baptizatus fit templum Dei, si ab avaritia non recesserit, quæ est idolorum servitus.

¶ Vei cuius] Verba hæc usque ad vers. Item. in vulgari B. Augustini codicibus, eo loco non leguntur, neque apud ceteros collectores.

2 pars. Ex his itaq; verbis apparet baptismum, quod ad hæreticum tribuitur, virtute sua remissionem conferre peccatorum.

Sed idem Augustinus contra testatur libro sexto de baptismo contra Donatistas, 1. dicens.

C. XLVIII. ¶ Baptisma Christi, est nulla perveritate violatur, apud hæreticos tamen caret effectu.

¶ Etiam corde tardiores, quantum existimo intelligunt baptismum Christi nulla perveritate hominis, sive dantis, sive accipientis posse violari. Sed i. quia aliud est la. tra-

a Vilissimus comparandus. orig. b. Sup. ex catholica. & c. iustus. c. Alg. 13. c. 10. Poly. 13. tit. 10. Anselm. 1. 9. c. 3. Ivo part. 5. c. 107. & 2. c. 94. d. Eph. 1. c. 14. 2. c. 10. 2.

mentum, ab effectu sacramenti, cum eos, qui in ipsa unitate ecclesie perditur vivunt, confiter remissionem peccatorum nec dare, nec habere posse, quia non malignis, sed bonis filiis dictum est: [Si cui dimiseritis peccata, dimittuntur ei, si cui tenueritis, tenebuntur;] patet ergo hareticos tantum dare, vel accipere sacramentum baptismi, & non dare remissionem peccatorum.

¶ Sed quia aliud] hinc usque ad finem, verbis B. Augustini in summo restat, sententia tamen manet incolumis. Integer locus habetur de confecta, distind. 4. Quomodo. §. Non ob aliud.

C. XLIX. ¶ De eodem.

Idem in sermone undecimo de verbis Domini, de blasphemia in Spiritum Sanctum.

Corporalia sacramenta, quae portant, & celebrant etiam segregati ab unitate corporis Christi, formam possunt exhibere pietatis. Virtus vero pietatis invisibilis, & spiritalis ita in eis non potest esse, quemadmodum sensus non sequitur hominis membrum, quando amputatur a corpore.

¶ In aliquot veteribus codicibus hoc & sequens caput sunt conjuncta superiori.

C. L. ¶ De eodem.

Item Ambrosius in libro de mittendis viis.

Non a sanat baptismus perfidorum, non mundat, sed pollut: quia in b dilavio aquarum, multarum ad Dominum non approximatur, quia, ut per Apostolum dicitur c [Quidquid non est ex fide, peccatum est] & ipsi, qui faciunt, & quibus faciunt, non solum non prodest, sed ad iudicium est.

¶ Polluit] hucusque Ambrosius, sed Algeri libro tertio c. 1. referens hunc locum addit, usque ad vers. approximatur. ac deinde c. 33. citans etiam eundem librum B. Ambrosii, adjungit reliqua huius capiti usque ad finem.

C. LI. ¶ De materia impositionem confirmationis, qui ab haretico baptismi accipiunt.

Item Leo ad d Nicetam Aquileiensem Episcopum, epist. 77. ad 79. c. 7.

Hi qui baptismum ab hareticis acceperunt, cum baptizati antea non fuissent, sola invocatione Spiritus Sancti per impositionem manuum confirmandi sunt, quia formam tantum, baptismi sine sanctificationis virtute sumperunt. Et hanc regulam, ut scitis, servandam omnibus ecclesiis predicamus, ut lavacrum semel inierit nulla iteratione violetur, dicente f. Apostolo [Unus Dominus, una fides, unum baptismum]. Cuius ab initio nulla iteratione temeranda est: sed ut diximus, sola sanctificatio Sancti Spiritus invocanda est, ut quod ab hareticis, nemo accipit, a catholicis sacerdotibus consequatur.

¶ pars. Sed notandum est, quod haretici, ut Ariani, & Sabelliani, quorum alii inaequalitatem, alii miserationem personarum confitebantur, baptismum non in forma ecclesiae, sed sua pervertitatis ministrabant. ¶ De his specialiter Ambrosius locutus est, dicens [non g. sanat baptismus perfidorum, &c.] sed etiam, ut rebaptizentur, & reordinentur, in concilio Niceno, c. 19. statutum est.

C. LII. ¶ Rebaptizentur & ordinentur, qui de Paulianistis & Cataphrygis ad ecclesiam revertunt.

Si quis confugerit ad ecclesiam catholicam de Paulianistis & Cataphrygis, statutum est rebaptizari eos omnino debere. Si qui vero clerici erant apud eos, si quidem inculpato fuerint & irreprehensibiles, rebaptizandi sunt, & rursus etiam ab Episcopo, ecclesiae catholicae ordinentur. Si vero examinati, minus fuerint

a Alg. l. 3. c. 1. b 1591. c Rom. 4. d adde c. 97. infra ead. e Poly. l. 3. tit. 10. Inj. ad e. hanc regulam, f Eph. 4. g Sup. c. non sanat.

apiti deprehensi, deponi eos oportet. Similiter autem & circa diaconos 2, & de omnibus, qui in eodem clero inveniuntur, eadem forma servabitur.

¶ Cataphrygis] Legitur hac distio in prisca versione, quae est in variis exemplaribus collectionis Isidori impressa, ac manuscripta: sed non est in canone graeco, neq. in versione Dionysii, aut alio recentioribus. Quid autem & isti baptizandi sint, traditum est in concilio Laodicensi, c. 3. in synodo septima, seu secunda Nicena, c. 10. infra de consecr. dist. 4. hi vero, quod est Gregorii.

¶ Diaconos] Graecis est: πρεβυτεροι διακονων, ὁλοις πρεβυτεροις οὐκ ἔστιν ἔργον τοῦ ὁριζου, id est, De Diaconis, & de his omnino, qui in canone connumerantur.

C. LIII. ¶ De eodem.

Item Innocentius ad Episcopos Macedoniae, epist. 22. c. 23.

Aullianite in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti minime baptizant, & Novatiani isdem tremenda venetandisque nominibus baptizant, nec apud istos de unitate potestatis divinae, hoc est, Patris, Filii & Spiritus Sancti, quaestio aliquando mora est.

¶ Alii formam ecclesiae in baptizando servant. Sed dum ab unitate praeant, qui in haeresi, vel schismate eis communicant, sacramentum quidem baptismi ab eis accipiunt, virtutem vero non consequuntur, quam sine fide nullus consequi potest. Unde de Domino dicitur, quod in patria sua non poterat facere signum, propter incredulitatem eorum.

C. LIV. ¶ Dum verbum accedit ad elementum, fit sacramentum.

Unde Augustinus tractat. 20. ad c. 15. Ioannis, & sermone de Cataclismo, c. 3. initio.

¶ Extrahe verbum, & quid est aqua, nisi est aqua? accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. ¶ Unde ista tanta virtus aquae, ut corpus tangat, & abluat, nisi faciente verbo? non quia dicitur, sed quia creditur. Nam, & in ipso verbo aliud est sonus transiens aliud virtus manens.

¶ De his etiam, qui in haeresi, vel schismate baptizantur, scribit Augustinus libro de fide, ad Petrum Diaconum, c. 36. dicens.

C. LV. ¶ Extra ecclesiam baptismi, qui perniciem suam cumulant, si ad ecclesiam non redierint.

¶ Firmissime b tene, & nullatenus dubites extra ecclesiam baptizatis, si ad ecclesiam non redierint, baptismum cumulari perniciem. Tantum enim valet ecclesiastica pietatis communitio c ad salutem, ut baptismum non faciat, cui non ibi datur, ubi oportet ut detur.

C. LVI. ¶ Infirma sunt dona, quae praeter unitatem ecclesiae habentur.

Idem tractatu 13. ad c. 3. Ioannis.

¶ Encamus fratres mei unitatem. Præter unitatem, qui facit miracula, nihil est. In unitate enim etiam populus Israel, & non faciebat miracula: præter unitatem erant magi Pharaonis, & faciebant d similia Moysi: Populus Israel, ut dixi, non faciebat miracula. Qui enim salvi apud Deum, qui faciebant, an qui non faciebant? Petrus a Apostolus resuscitavit mortuum. Simo magus fecit multa. Erant ibi multi Christiani, qui non poterant facere, nec quod faciebat Petrus, nec quod faciebat Simo. Sed unde gaudebant? quia f nomina eorum erant scripta in caelo.

C. LVII. ¶ Baptisma semel traditum non est reiterandum.

Item Leo ad Nicetam Episcopum, epist. 77. ad 79. c. 7.

¶ Hanc g regulam, ut scitis servandam omnibus ecclesiis predicamus, ut lavacrum semel inierit, nulla iteratione violetur, dicente b Apostolo [unus Dominus]

a Luc. 4. b Alger. l. 3. c. 12. c unitat. iuris. d Exod. 4. e Act. 8 & 9. f Luc. 10. g Sup. ead. c. hi qui. h Eph. 4.



una, una fides, unum baptisma.] Cujus ablutio nulla iteratione memoranda est: sed, ut diximus, sola sanctificatio Sancti Spiritus invocanda est: ut quod ab hæreticis nemo accipit, à catholicis sacerdotibus consequatur.
 10 pars. Nemo in hæresi vel schismate constitutus intelligendus est. Ceterum si cum fidei integritate, & animi puritate de manu hæreticorum in forma ecclesiæ aliquo baptisma accepit, tunc impetrat illud Augustini [per a lapideum canalem aqua transita ad areolas] & iterum [spiritu virtus sacramenti, &c.]

C. LVIII. ¶ Etiam per malos boni colliguntur.

Idem sermone undecimo de verbis Domini, de blasphemia in Spiritum Sanctum.

Spiritus Sanctus in sancta Ecclesia, etiam isto tempore, quo velut granum cum palea tritatur, sic operatur, ut nullius verum confessionem asperneret, nullius simulatione fallatur, atque ita reprobos fugiat, ut etiam per eorum ministerium probos colligat.

Ecce quando d ab hæretici baptismi cura sua virtute accipitur: cuius tam necessaria administratio est, ut nec etiam à pagano datur possit reiterari. Vide in ecclesiastica historia, e legitur, quod Alexander Episcopus Alexandria cum Petri martyri solennia celebraret, post expleta Missarum sacramenta, vidit super oram maris pueros non Indiam, imitantes, ut heresiles, Episcopum, & generationem ea, qua in Ecclesia geri mos est. Mox eos ad se perducit jubet, & quæ egissent, percunctatur. Illi rei ordinem pandunt: baptizati à se esse, quosdam catechumenos confitentur per Athanasium presbiterum, qui illi fuerat Episcopus simulatus. Vbi ex responsis eorum vidit scindendum religionis nostræ ritum cuncta constare, statuit, illi quibus integris interrogantibus & responsionibus aqua fuerat infusa, utari baptismum non debere, sed adimplere ea, qua sacerdotibus inest.

C. LIX. ¶ De his, qui per ignorantiam ordinantur, antequam baptizentur.
 Hinc etiam ludorus ait.

Si quis per ignorantiam ordinatur, antequam baptizetur, debent ab eo baptizati iterum baptizari, & ipse ulterius non ordinetur. Sed Romanus Pontifex non hominem iudicat, qui baptizatur, sed Spiritum Dei subministrare gratiam baptismi, licet paganus sit qui baptizatur.

¶ Caput hoc Burchardus & Ivo etiam ex dictis Isidori: ex qua citandi formula scilicet indicari non esse propria auctoris verba. Videtur autem in prior parte vel proponi quæstio, vel falsitatis opinio recitari, cui deinde in posteriore parte opponitur veritas. Sed Romanus, &c. qua infra etiam de consecrat. dist. 4. cap. Romanus. citato ex Isidoro. Idem, clarior lib. 5. capitulum non. c. 4. exponitur huius verbi: Si quis baptizatus est à presbytero non baptizato, & sancta Trinitas in ipso baptismi invocata fuit, baptizatus est, sicut Sergius Papa dixit, impositione verò manus indiget. Gregorius Episcopus Romanus, & Ioannes Sacellarius sic senserunt.

C. LX. PALEA.

Si presbyter ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur, & ordinetur iterum.

¶ Hac Palea & loci indicatis, & in collectione, qua est in motu tertio conciliorum post decreta Alexandri tertii, & cap. 1. de Presbytero non baptizato, citatur ex concilio apud Compendium.

¶ Iterum ¶ Sequitur, & omnes, quos prius baptizavit: que sunt expuncta, quia non habentur in d. c. 1. de Pres-

a Sup. ead. c. si iustus. b Inff. ead. c. ita fit. Ivo part. 2. cap. 104. c area. orig. d al. quomodo. e lib. 10. cap. 14. f Cap. lib. 5. c. 4. Burch. lib. 4. cap. 100. Alger. l. 3. cap. c. Ivo part. 1. c. 294. Panorm. lib. 1. c. 97. Magister lib. 4. dist. 5. in prin. g Extra c. 1. de Presbytero non baptizato, l. 6. cap. c. 93. Burch. l. 4. c. 74. Ivo p. 1. c. 261. Pan. l. 1. c. 98.

bytero non baptizato, neg. in cap. veniens. ead. tit. ubi refertur, licet habeantur in aliis locis indicatis.

¶ Quod autem cetera sacramenta ab hæreticis ministrari non possint, testatur Hieronymus in Aggatem Prophetam, cap. 2.

C. LXI. ¶ Non placent Deo qua ab hæreticis offeruntur.

Si a populus iste hæreticorum omnium est in conspectu meo, dicit Dominus, omne quod fecerint, quod mihi obtulerint, vel 2. vota, vel pro salute, vel pacifica, vel pro peccato, vel pro delicto, vel in holocaustum, sive elemosynas, sive ieiunia, sive victus continentiam, & corporis castitatem; contaminata erunt in conspectu meo. Quamvis enim sancta videantur specie sui, quæ offeruntur à talibus, tamen, quia tacta sunt ab eo, qui pollutus in anima est, omnia pollutentur.

1 ¶ Sic populus ¶ In originali legitur, sic populus iste, & sic gens ista, ludæorum videlicet, atque gentilium, & hæreticorum omnium, &c.

2 ¶ Vota ¶ Ibidem habetur, vel vota pro salute. sed ob glossam non est mutatum.

C. LXII. ¶ De eodem.

Idem in Anas Prophetam, c. 5.

¶ Odit Deus sacrificia hæreticorum, & à se projicit, & quotiescunque sub e nomine Domini fuerint congregati, detestatur fontem eorum, & claudit nares suas.

C. LXIII. ¶ De eodem.

Idem in Oseam cap. 6.

¶ Illi offerunt panem sacrilegum, & dant elemosynas, & sectari videntur humilitatem. Quæ ego, si verè fiant, holocausta interpretor. Cum autem scientiam Dei reliquerint, frustra à truncato capite fidei, cetera membra habere se jactant.

C. LXIV. ¶ Sine fide & charitate nec Evangelium habetur, nec profuit aliqua bona.

Idem in epistolam ad Gal. c. 1.

¶ Marcion, & Basilides, & cetera hæreticorum pestes non habent Dei Evangelium, quia non habent Spiritum S. sine quo humanum fit Evangelium, quod docetur. Nec putemus in verbis scripturarum esse Evangelium, sed in sensu, non in superficie, sed in medulla, non in sermone solius, sed in radice rationis.

C. LXV. ¶ De eodem.

Idem ad c. 5. epistolam epistola.

¶ Vide quantum bonum sit charitatis. Si ita martyrium fecerimus, ut nostras velimus ab hominibus reliquias honorari: si opinionem vulgi sectantes, intrepidum sanguinem fuderimus, & substantiam nostram usque ad mendicitatem propriam dederimus; huic operi non tam præmium, quam pena debetur, & perdidit magis tormenta sunt, quam corona victoriarum.

C. LXVI. ¶ Hæreticorum benedictio, maledictio est.

Item ex concilio Laodicensi, cap. 32.

¶ Non oportet hæreticorum benedictiones accipere: quoniam magis sunt maledictiones, quam benedictiones.

C. LXVII. ¶ Neque cum hæreticis, neque cum schismaticis licet orare.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 70.

¶ Non liceat clericis, vel laicis ab hæreticis eulogias accipere, quia maledictiones sunt magis, quam benedictiones: neque liceat aut cum hæreticis, aut cum schismaticis orare.

a al. si. b Alger. l. 3. cap. 12. Deus dedit p. 2. Anselm. lib. 3. cap. 48. c antea legebatur in nomine. d al. sermus. e Deus dedit p. 2. & 4. Burch. lib. 3. cap. 219. Ivo part. 3. cap. 260. f In cap. Martini Brasar.

C. LXVIII. ¶ Extra ecclesiam non sunt vera sacrificia.

Item Leo ad Anastasium Constantinopolitanum Episcopum, epist. 48. cap. 2.

IN a ecclesia Dei, quæ corpus Christi est, aliter nec rata sunt sacerdotia, nec vera sacrificia, nisi in nostræ proprietate naturæ verus nos Pontifex reconciliet, & verus immaculati agni sanguis emendet.

C. LXIX. ¶ Impiorum manibus divina sacramenta se subducunt.

Item Leo Augustus, epist. 73.

MANifestum est per crudelissimam, insanissimamque sacrilegiam in Alexandrina sede omne cœlestium sacramentorum lumen extinctum. Intercepta est sacrificii oblatio: defecit chrismatis sanctificatio: & parricidalibus manibus impiorum omnia se subtraxere miseria.

C. LXX. ¶ Sacramenta extra ecclesiam ministrari possunt, salutem vero conferre non possunt.

Item Beatus martyr Cyprianus in epistola contra hereticos.

Si quis, inquit, de ecclesia, hæretica præsumptione exierit, à semetipso damnatus est. Cum huiusmodi secundum Apostolum, nec cibum quidem sumere debemus. Declaratur hoc in libro regnorum, ubi cum homo Dei ad Hieroboam missus esset, qui ei peccata sua exprobraret, atque ultionem futuram prædicet, panem quoque apud illum comedere, & aquam bibere vetaretur. Quod cum non custodisset, divina sententia inde rediens, morsu leonis in itinere interit. Et audeat quisquam dicere aquam baptismi salutarem, & gratiam cœlestem communem cum hæreticis esse posse, cum quibus nec terrestris cibus, nec secularis potus debet esse communis? Constat autem oleum, unde baptizati unguantur, sanctificari, & eucharistiam fieri apud illos omnino non posse, ubi spes nulla est, & fides falsa, ubi omnia per mendacium geruntur. Nam hæretici, humanam imitantur, vult ecclesiæ catholice auctoritatem sibi, & veritatem vindicare, quando ipse in ecclesia non sit. Benedicit à Deo maledictus, vitam pollicetur mortuus, Deum invocat blasphemus, sacerdotum administrat profanus, ponit altare sacrilegus. Ad hæc omnia accedit & illud malum, ut antistes diaboli debeat Eucharistiam facere, quando nec sanctificari oblatio illic possit, ubi Spiritus Sanctus non sit, nec eniquam Dominus per eius orationes & preces proficit, qui Dominum ipse violavit. Si enim qui ecclesiam contemnunt, & Ethnici, & publicani habentur, multo magis utique rebelles & hostes, falsa altaria, & illicita sacerdotia, & sacrificia sacrilega, & nomina adulterata fingentes, inter Ethnicos, & publicanos necesse est computentur: quos omnes constat à charitate atque ab unitate ecclesiæ recessisse. Ergo omnia quacunquæ faciunt hæretici, carnalia sunt, & inania, & falsa, ita ut nihil eorum, quæ illi gesserint, à nobis probari debeat. Non statim suscipienda sunt, & assumenda, quæ jactantur in Christi nomine, sed quæ geruntur in Christi veritate. Quomodo enim perficere quæ agunt, aut imperare aliquid illicitis conatibus de Deo possunt, qui contra Deum

a Lanfran. in l. de Eucharistia. Alg. l. 1. c. 10. Ivo p. 2. c. 9. Anf. lib. 9. c. 40. b al. vesantiam. c l. 1. epist. 8. ad Magnum, ubi declarat locum Pauli ad Tit. 3. 4. sent. dist. 25. d Tit. 3. 1. Cor. 5. Und. paulo infra. e 3. Reg. 13. f illos. orig. g schismatici. orig. l. 1. epist. 12. & in conc. ipsius c. 1. sub persona Cæciliæ, Alger. l. 3. c. 1. Idem ad Iubaianum. h Novatianus. orig. Ex concilio, eodem loco. Ex epist. 7. l. 1. ad Epiphanium. Ex eadem epistola ad Magnum. Ibatem paulo superius. Ex concilio c. 4. Ex eadem epist. 12. Ad Iubaianum. Ex eadem ad Magnum.

quod eis non licet, moluntur? ¶ Quare, qui hæretici & schismatici patrocinantur, censura à divina eorum probantur facinore, & penis non solum duces, & auctores, sed etiam participes destinari, nisi se à communione malorum separaverint, precipiente per Moysen Domino, ac dicente b [Separamini à tabernaculo hominum istorum durissimorum, & nolite tangere omnibus, quæ sunt eis, ne simul pereatis in peccatorum.] Et quod comminatus per Moysen Dominus fuerat, implevit, ut quisque se à Chore, & Dathan, & Abiron non separasset, penas statim pro impia comminatione persolveret. Sicut etiam per Osæ c Prophetam Spiritus Sanctus contestatur, & dicit [Sacrificia quæ tanquam panis luctus: omnes scilicet, & ostendens omnes minime cum auctoribus supplicio conjungi, qui fuerant eorum peccato contaminati.]

¶ Caput hoc collectum est ex variis locis epistoliarum beati Cypriani, & concilii ab ipso habiti, ut eadem immutata, & in formam redacta, quæ in margine sunt indicata.

l. ¶ Censura In epistola ipsa sic habetur. Frustra contendunt baptizari & sanctificari illic aliquem saltem baptismi posse, ubi constat baptizantem baptizandam centiam non habere. Atque ut magis intelligi possent, contra ejusmodi audaciam, quæ sit censura divina, immo minus in tali facinore non solum duces & auctores, sed participes penis destinari, &c.

C. LXXI. ¶ Vera sacrificia non nisi in sede ecclesiæ celebrantur.

Item Augustinus lib. sententiarum [per Proferum Aquitanicum Episcopum Region. celestiarum] c. 15.

EXtra catholicam ecclesiam non est locus veritatis.

C. LXXII. ¶ De manu hereticorum communio non est recipienda.

Item Gregorius d. in 3. lib. analog. cap. 31. ut de Ermigildo rege Leovigildi e filio.

SPerveniente f Paschalis festivitatis die, intempte noctis silentio ad eum perfidus pater Arrianum scopum misit, ut ex ejus manu sacrilegæ consecrationis communionem perciperet, atque per hoc ad patriam redire mereretur. Sed vir Deo debitus Arrianus piscopo venienti exprobravit, ut debuit, ejusque à se per diam dignis increpationibus repulit.

C. LXXIII. ¶ Sacerdotes hereticorum, Christi honoribus non habentur digni.

Item Innocentius g ad Alexandrum Episcopum, epist. 11. cap. 3.

ARrianos b præterea, ceteraque huiusmodi peccata quia eorum laicos conversos ad Dominum, sed magne penitentia, ac Sancti Spiritus sanctificatione per manus impositionem suscipimus, non videtur electione eorum cum sacerdotii, aut ministerii cuiuspiam suscipi debere dignitate. Quoniam quibus solum baptismum ratum esse permittimus (quod utique in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti perficitur) nec Spiritum Sanctum eos habere ex illo baptismo, illisque mysteriis arbitramur. Quoniam cum à catholica fide eorum auctores deficerent, perfectionem Spiritus, quam acceperant, amiserunt, nec dare ejus plenitudinem possunt, quæ maxime in ordinationibus operatur, quæ per impietatis suæ perfidiam potius, quam per pietatem dixerim, perdidit. Propter & quod fieri non potest

a Novatianus sive ceteris ejusmodi schismatici. orig. b Num. 16. c Osæ 9. d adde c. 97. infra ead. e al. Lxxviii. f 24. q. 1. c. 5. super veniente. Deu dedit p. 2. g adde c. 97. ead. eadem. h Ansel. lib. 9. c. 15. Pam. l. 3. c. 129. i sup. ead. qui per sektionem. Innocentius Episcopus Macedonum, epist. 22. c. 1. k al. Quomodo fieri potest.



ut eorum profanos sacerdotes, dignos Christi honoribus arbitremur, quorum laicos imperfectos, ut dixi, ad Sancti Spiritus percipiendam gratiam cum penitentia imagin recipimus. Item a ¶ Si, ut legitur b [Qui tetigerit immundum, immundus erit] quomodo et tribuetur, quod munditia, ac puritas contineat accipere? ¶ Infrā. ¶ Qui particeps effectus est damni c, quomodo debeat honorem accipere, invenire non possum.

1 ¶ Pestes] Antea sequetur, detestatur: quod est sublatum, quia neq. est in vetustis codicibus, neq. in ipsa epistola, neque apud Anselmum, aut in Panormia habetur.

2 ¶ Qui tetigerit] In epistola est, quod tetigerit immundus: sed ob glossam non est mutatum, atq. hujus etiam lectio sententia habetur usum indicat scripturae locis.

Ex eo autem, quod manus impositio iterari præcipitur, sacramentum non esse ostenditur.

C. LXXIV. ¶ Manus impositio non est sacramentum iteratio.

Unde Augustinus lib. 3. de baptismo contra Donatistas c. 16.

Manus d. impositio non sicut baptismus, repeti non potest. Quid enim est aliud, nisi oratio super hominem?

Cum ergo Innocentius solum baptismum hæreticis ratum esse permitat, cum Gregorius sacrilegum vocet consecrationem Ariarum, cum Cyrillus quæcumq. ab hæretico sunt, canonicas, & inania, & falsas iudicet, cum Hieronymus omnia, quæ ab eis offeruntur, contemnata in conspectu Dei asserat, cum Leo extra ecclesiam non rata sacerdotia, nec vera sacrificia esse testetur, patet, quod sacramenta ecclesiastica præter baptismum, ut supra dictum est, ab hæretico ministrari non possunt.

C. LXXV. ¶ Qui in baptismo sanctus est, ad altare peccator non erit.

Item obijciunt illud Hieronymi c. adversus Luciferianos.

Sicut f. Christus est, qui baptizae, ita Christus est, qui sanctificat. Unde oro te, ut aut sanctificandi licentiam ei tribuas, cujus baptismum probas: aut reprobes ejus baptismum, quem non putas esse sacerdotem. Neque enim potest fieri, ut qui in baptismo sanctus est, sit ad altare peccator.

¶ Initium hujus capituli usque ad vers. oro te. non est eo loco apud B. Hieronymum. Est tamen apud Algerum, lib. 3. cap. 10. apud quem etiam nonnulla verba ex istis que sequuntur, eodem modo habentur, atque apud Gratianum, licet apud B. Hieronymum ab eo legantur.

Sed hoc de peccatore i tantum catholico, non de hæretico intelligendum est. Quidquid enim cum fide catholica proficiscio suo facit, licet indignus, tamen divina gratia cooperante ratum esse creditur. Alioquin si de hæretico dictum intelligeretur, ipse sibi contrarius esset, cum dicat ad Greg. Amos. g. [Sacrificia eorum odit Dominus] & alibi in persona Domini.

1 ¶ Peccatore] B. Hieronymus eo loco argumentatur, ut solent Diabolici dicere, ad hominem: neque id agit, ut constituat, ac sanctat aliquid, sed tantum ut adversarium modestum reddat. Nam postquam illum eo adducit, ut se non amplius adversarium, sed discipulum prædicat, tunc verissimam ei rationem exponit, cur ecclesia Episcopos recipiat, qui in Ariminensi concilio imprudenter hæreticos consecraverant.

C. LXXVI. ¶ Benedictionibus hæreticorum Deus maledicit.

Maledicam b benedictionibus vestris] hoc est, quidquid à vobis benedicitur, à me erit maledictum.

¶ Hæc sunt in glossa interlinearis ad eum Malachia locum ex Hieronymo.

a Infr. ead. c. venioness. b Num. 19. Lev. 22. c al. d. amaro. d Poly. 13. tit. 19. Ansel. 19. cap. 24. e Tomo secundo. f Alg. 19. tit. 9. al. Of. 9. h Venen. 4. dist. 19. Mal. 2.

ii pars. Hoc ergo intelligendum est de hæretico: illud autem adversus Luciferianos de ecclesiastico peccatore. De quo Augustinus i ait in libro de corpore Domini.

1 ¶ Augustinus] Caput hoc etiam ab Algero lib. 3. cap. 2. citatur ex Augustino in libro de corpore Domini: sed Possidius in indiculo operum B. Augustini nullam hujus libri mentionem facit, & ad verbum (excepto ultimo versiculo) hæc leguntur in libro Paschasii Abbatis de corpore & sanguine Domini, cap. 12. ex quo etiam libro sunt c. iteratur. cum sequentibus, infra de consecra. dist. 2.

C. LXXVII. ¶ Boni & mali sacerdotes qui corpus Christi conficiunt.

Intra a Catholicam Ecclesiam in mysterio b corporis & sanguinis Domini nihil à bono majus, nihil à malo minus perficitur sacerdote: quia non in merito conferantis, sed in verbo perficitur creatoris, & virtute Spiritus Sancti. ¶ Infrā. ¶ Si enim in merito esset sacerdotis, nequaquam ad CHRISTVM pertineret. Nunc autem sic ipse est, qui baptizat, ita ipse est, qui per Spiritum Sanctum hanc suam efficit carnem, & transfundit in sanguinem. Credendum i est enim, quod in verbis Christi sacramenta conficiantur. Cujus prius creantur Imperio, ejus utique verbo recreantur ad melius.

1 ¶ Credendum] Hæc eodem modo leguntur apud Algerum. Sed Paschasii verba, c. 25. hæc sunt. Cujus ergo potentia creata sunt prius, ejus utique verbo ad melius recreantur: quia nemo creator alicujus rei, aut recreator, nisi unus Deus catholice prædicatur. Propterea verendum est ad verba Christi, & credendum, quod in ejusdem verbis ista conficiantur.

C. LXXVIII. ¶ De eodem.

Item Augustinus lib. 2. contra epistolam Parmeniani, c. 10.

Omnia c sacramenta cum obfunt indigne tractantibus, profunt tamen per eos digne sumentibus: sicut & verbum Dei d. Unde dictum e est [Quæ dicunt, facite, quæ autem faciunt, facere nolite.]

C. LXXIX. ¶ De iis qui sanctum male utuntur.

Idem in Psalmum 105. vers. Qui tegit.

Prophetavit & Saul malus rex, & tunc prophetavit, cum David sanctum persequeretur. ¶ Infrā. ¶ Non ergo se jactent, qui forte sine charitate habuerint hoc munus Dei sanctum: sed videant, qualis rationem habituri sunt cum Deo, qui sanctis non sancte utuntur. Ex his erunt, qui dicturi sunt f. [In nomine tuo propheta-vimus.] Non illis dicitur, mentimini: sed dicitur, [Non novi vos, &c.]

¶ In tractatu. in epistolam Iacobi sunt aliqua, quæ ad sententiam hujus capituli referri possunt, atque inde antea citabatur. Sed ipsa præfata verba sunt loco inducta.

Spiritus ergo Prophetæ dixerit sunt habuisse, non meriti.

C. LXXX. ¶ Quisq. non tam sanctificatur ex hostiis, quam pro peccato pollutur.

Item Hieronymus in cap. 2. Aggæ.

Propheta, qui altari tantum extructo, & domo mea diruta hostias mihi offerit in altari, & victimis ejus sanctificari te putas, scito quoniam sanctum quidem est, quod offertur in altari: sed non tam sanctificaris ex hostiis, quam ex mortuis operibus pollutur.

¶ Apud B. Hieronymum sic legitur: o popule, qui altari tantum extructo, & diruta domo mea hostias mihi offeris in altari, & victimis ejus, & carnibus te sanctificari putas: scito non tam sanctificari te ex hostiis, quam templo diruto tibi prodesse non poterunt, quam contaminari omnia opera tua, & cuncta, quæ agis, ex eo quod negligis, & tuam magis domum, quam meam.

a De consec. dist. 2. iterum. b al. ministerio. Mag. 4. sentent. dist. 13. Alg. 1. c. 21. & 13. c. 8. c ¶ ead. c. per Esaiam. 5. hoc per Alg. 1. c. 11. d Dei restatur. orig. e Matt. 23. f Matt. 7.

extruere conatus es. Sanctum quidem est quod offertur in altari: sed non tam sanctificaris ex hostiis, quam ex eo, quod in convallibus habitas, & interces mortuis operibus, pollueris. In duobus etiam Gratiani vetustis codicibus legitur, 6 popule: Verum idem Hieronymus continuò, ista eadem per anagogem aptat ecclesiastico viro.

C. LXXXI. ¶ Contra Spiritum Sanctum verbum dicitur, cum ex dispersione nunquam redatur.

Item August. in lib. de verbis Domini, form. 21.

ITa a sit b verbum contra Spiritum Sanctum, cum ex dispersione ad congregationem nunquam venit, quæ ad remittenda peccata accepit Spiritum Sanctum. Ad quam congregationem etiam per malum clericum, sed tamen catholicum ministrum, reprobum & fictum, si aliquis accesserit corde non ficto, in ipso Spiritus s. Sanctus e operatur remissionem peccatorum, qui in sancta ecclesia ita operatur, ut reprobos fugiat, & tamen per eorum ministerium probos colligat.

1 ¶ Spiritus sanctus] Hoc loco concisè refertur sententia B. Augustini, plenius autem sup. ead. c. Spiritus Sanctus.

C. LXXXII. ¶ Non meriti hominum, sed virtute Spiritus Sancti peccata remittuntur.

Item in sermone de remissione peccatorum.

VT evidentè hoc ostenderet Dominus, a Spiritu Sancto quem donavit fidelibus suis, dimitti peccata, non meritis hominum, quodam loco sic ait d, resurgens a mortuis [Accipite Spiritum Sanctum,] & continuò subiecit, [Si cui dimiseritis peccata, dimittuntur ei] hoc est, Spiritus dimittit, non vos. Proinde i sicut is, quem sacerdos tolerat in ecclesia, est tamen extra ecclesiam, & extra corpus, cuius caput est Christus, si ei ostiarius non aperuerit: 2 ita non ideo extra ecclesiam est, & non est de corpore, si quis pastoris præiudicio compellitur foris esse.

1 ¶ Proinde] Verba ipsa huius parti non sunt inventa apud B. Augustinum. Simillima habentur apud Origenem homil. 14. ad cap. 24. Levitici, & refruntur 7. 24. q. 3. cum aliquis. & c. si quis non redit.

2 ¶ Aperuerit] In nonnullis vetustis codicibus legitur, aperuit. in aliis, aperit. ab uno autem abest negatio.

C. LXXXIII. ¶ Dominus non merita personarum, sed sacerdotum officia considerat.

Item Ambrosius de iis, qui mittantur mysteris, c. 3.

Cum e scriptura tibi testetur, quod ad Hieroboam f preces, ignis descendit de celo, & rursus preces e Helia ignis est missus, qui sacrificia g consumeret; datur i intelligi, quod Deus non merita personarum considerat, sed officia sacerdotum. & paulo post. ¶ Ignis illis visibilis mittebatur, ut crederent: nobis invisibilis operatur, qui credimus. & pauca interjectis. ¶ Crede ergo adesse Dominum Iesum invocatum precib. sacerdotum, qui ait h [Vbi fuerint duo, vel tres, ibi & ego sum.]

1 ¶ Datu: intelligi] In originali non sunt hæc verba. Sed cum antecédentia pendant ex superioribus, hic nova incipit periodus. Non merita personarum consideres, sed officia sacerdotum. nonnulla autem alia varietates, & quidem non minimi ponderis in margine sunt indicata.

C. LXXXIV. ¶ Non merita sacerdotum, sed virtus divina sacramenta sanctificat.

Multi i secularium hominum, cum plus sacerdotum vitam, quam suam discutiunt, in magnum contem-

a Ivo part. 2. cap. 104. b dicitur. orig. c Sup. ead. Spiritus Sanctus. d Ioan. 20. e Alger. l. 3. c. 10. f Hieroboam. orig. Ambros. sed scriptura, Hieroboam. g sacrificium consecravit. orig. h Matih. 18. i 4. sentent. dist. 13.

ptionis divinatorum sacramentorum crimen incurrit. Magna enim trabe vulneratos habentes oculos, eamque negligentes, festucam a tenuem in aliorum conspiciunt oculis: quam dum incaute festinant avellere, errant in foveam delabuntur: minus quidem considerantes, quod non eos facerdotum vita laederet, si ipsi humiliter bonis sacerdotum admonitionibus aurem accommodarent. Sed dum hypocritarum more plus illorum famam, quam propriam vitam, vel vitæ negligentiam dijudicant, spernunt sancta monita, & spiritualia dona. Vnde fit, ut non solum ab eis dicta respuant, sed (quod est detestius) divina etiam mysteria contemnant, ut corporis communionem, aut sanguinis Domini nobis Iesu Christi eorum ministerio, consecrata assumant: patentes hanc minus esse sanctificatam, si illorum fiat officio, quorum vita eorum oculis videtur ignobilis. ¶ Hæc in quam magnum laqueum incidunt, ut divina, & sancta mysteria plus ab aliis sanctificata posse fieri credant: cum unus idemque Spiritus Sanctus in ecclesia diffusa per totum orbem terrarum incomprehensibiliter ea mysteria, & occulte, atque invisibiliter & operans sanctificet, & benedicendo b benedicat. ¶ Mysterium itaque fratres, ob hoc dicitur, quod secretam, & reconditam habeat dispensationem: sacrificium autem, quod si sacrum factum: quia prece mystica consecratur, nobis in memoriam Dominicæ passionis. & 7. sacramentum verò est in aliqua celebratione, cum res ita sit, ut aliquid significare intelligatur, quod factum de accipiendum est. Sunt autem sacramenta, baptismus, chrisma, corpus & sanguis Christi: quæ ob id sacramenta dicuntur, quia sub regumento corporalium rerum virtus divina secretius salutem eorumdem & sacramentorum operatur. Vnde & a secretis virtutibus, vel secretis, sacramenta dicuntur. Quæ ideo fructuose per ecclesiam fiunt, quia sanctus in ea manens Spiritus mundum, sacramentorum latenter operatur effectum. Cuius panis & calicis sacramentum græcè Eucharistia dicitur, latine bona gratia interpretatur. Et quid aliud corpore & sanguine Christi? ¶ Vnde si per nos, sive per malos ministros intra Dei ecclesiam dispensetur, sacramentum tamen est, quia Spiritus Sanctus efficit illud vivificat, qui quondam Apostolico in tempore visibilibus a apparebat operibus. Nec bonorum tantis dispensatorum amplificatur, nec malorum annuat: quia e neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus f. Hoc de corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi, hoc etiam a baptismate, & chrismate sentiendum est, & tenendum, quia virtus divina secretius operatur in eis, & divinum solummodo hæc est virtus, sive potestas, non humana efficaciz. Polluimus 2 itaque g panem, id est, corpus Christi, quando indigni accedimus ad altare, & tantum mundum sanguinem bibimus. & 7. ¶ Maledicam a inquit, benedictionibus vestris, hoc est, iis, quæ me meis benedictionibus possidetis, seu quidquid a vobis benedicitur, maledicam: vel quoniam 4 non benediciunt sanctis ex vero corde: vel quia qui inique agunt, benedicuntur ab eis, adulanturque peccatoribus, dummodo civites sint.

¶ Caput collectum est partim ex sententiis B. Gregorii, partim ex verbis ipsi B. Isidori atque Hieronymi.

1 ¶ Mysterium itaque] Hæc usq. ad vers. hoc de corpore sunt apud Isidorum, non tamen eodem profus ordine.

2 ¶ Polluimus] Sumptum ex B. Hieronymo in commentariis ad cap. primum Malachia in illis verbis, & dicitur, in quo polluimus, &c.

a Matih. 7. b al. sanctificando. Isidorus lib. 6. Et. c. 10. c al. eandem. d al. visibiliter. e 1. Corin. 3. f Hieron. Isidorus. g Hieron. in c. 1. Malachia. item in cap. 3.

¶ Maledicam] Apud eundem ad c. 2. sic habetur. & maledicam, inquit, benedictionibus vestris, hoc est, quæ nunc meis benedictionibus possidetis: sive quidquid à vobis benedicitur, à me maledictum erit, & maledicam illis, subaudi, benedictionibus vestris: quoniam nolulistis intelligere, quæ dicuntur, hoc est enim quod dicitur [non posuistis super cor.]

¶ Quoniam] *Supponitur est ex eodem loco paulo inferius: ubi hæc leguntur: vel certe, quia ad sacerdotem proprie mandatum est, vertuntur benedictiones eorum in maledictionem, quando non benediciunt sanctis ex vero cordis affectu, sicut hæc Iacob, & Iacob Patriarchis, & Moyses duodecim tribubus: sed per dulces sermones, & benedictiones decipiunt circa innocentium, & qui inique agunt, benediciuntur ab eis, adulanturque peccatoribus dummodo divites sint, atque eorum vitii blandiuntur.*

C. LXXXV. ¶ Non sacerdotum vitam, sed quæ docent, & ministrant, considerare debemus.

Item Fabianus Papa Episcopus orientalibus, epist. 2.

Significasti a insuper plerisque attendere, multos in ipsis honoribus ecclesiasticis non congruenter vivere sermonibus & sacramentis, quæ per eos populis ministrantur. O miseros homines, qui hos intuent, Christum obliviscuntur! qui & multo ante prædixit, ut legi Dei potius obtemperetur, quam imitandi videantur illi, qui hæc ea, quæ dicunt, non faciunt: & traditorum suum tolerans usque in finem, etiam ad evangelizandum cum cæteris misit. Nam Apostoli talem consuetudinem non habuerunt, nec habendam docuerunt.

C. LXXXVI. ¶ De eodem.

Item Nicolaus Papa Michaeli Imperatori, in epist. quæ incipit [Proposueruntque.]

Non e quales sacerdotes Domini sint, sed quid de Domino loquantur, est vobis magnopere prævidendum: nec in vicariis Beati Petri Apostoli vobis est attendendum, qui sint: sed quid pro correctione ecclesiarum, quid pro salute vestra satagant. Nec enim illos inferiores dicentibus, & Pharisæis sedentibus super cathedram Moysi, de quibus Dominus præcepit, dicens. [Quæcumque dixerint vobis, observare, & facite, secundum opera vero eorum nolite facere.] Ergo Imperator considera, si illos dixit audiendos, qui super cathedram Moysi sedebant, quanto potius his, qui super cathedram Petri resident, esse existimes obaudiendum?

C. LXXXVII. ¶ Sacerdotum immunditia sacramenta non polluit.

Item Augustinus contra Iulianum Petilianum, lib. 2. c. 22.

Dominus d declaravit in uno cætu hominum eadem sacramenta sumentium, aliquorum immunditiam mundis obesse non posse. ¶ Petilianus dixit: At si quisquam carmina sacerdotis memoriter teneat, numquid inde sacerdos est, quod ore sacrilego carmen publicat sacerdotis? Augustinus respondit. * Ita istud dicit quasi modo quæramus, quis sit verus sacerdos, & non quid sit verum baptisma. Ut enim sit quisque verus sacerdos oportet, ut non solo sacramento, sed iustitia quoque induatur, sicut scriptum est. [Sacerdotes tui induantur iustitia.] ¶ Qui autem solo sacramento sacerdos est, sicut fuit Pontifex Caiphas, persecutor unius & verissimi sacerdotis, quamvis ipse non sit verax, quod dat tamen verum est, si non det suum, sed Dei. Item paulo inferius. ¶ [Dixit quidam ex ipsis proprius eorum Propheta: [Cretenses s semper mendaces, malæ bestia, ventres pigri, testimonium hoc verum est.] Si ergo Apostolus nescio, cuius alienigenæ

testimonium, quia verum comperit, etiam ipse attestatus est, curios apud quemlibet invenimus, quod Christi est, & verum est, etiam si ille, apud quem invenitur, perverus, & fallax est, non discernimus vitium, quod homo habet, & veritatem, quam non suam sed Dei habet? & dicimus, sacramentum hoc verum est, sicut ille ait, testimonium hoc verum est? Numquid idem dicimus, etiam ipse homo verax est, quia dicimus, sacramentum hoc verum est? & paulo post. ¶ Vos autem necesse est, ut semper erretis, quamdiu propter hominum vitia, Dei sacramenta violatis, aut nos propter Dei sacramenta, quæ in nobis a violare nolumus, etiam vestri schismatis sacrilegium assumere putatis. Item. ¶ Baptismi ergo puritas à puritate, vel immunditia conscientia, sive dantis, sive accipientis omnino distincta est. Item. ¶ Memento ergo sacramentis Dei nihil obesse mores malorum hominum, quod illa vel omnino non sint, vel minus sancta sint. Item. ¶ Quæro, d si non habebat Saul e Sacramenti sanctitatem, quid in eo David venerabatur? si autem habebat innocentiam, quare innocentem persequeretur? Nam eum propter sacrosanctam unctionem & honoravit vivum, & vindicavit occisum. Et quia vel panniculum ex ejus veste præcidit, percussit corde trepidavit. Ecce Saul non habebat innocentiam, & tamen habebat sanctitatem, non vita sua: (nam hoc sine innocentia nemo potest) sed sacramenti Dei, quod & in malis hominibus sanctum est. Item. ¶ Nos s dicimus tale cuique sacrificium fieri, qualis accedit, ut offerat, & qualis accedit, ut sumat: & eos de sacrificiis talium manducare, qui ad illa tales accedunt quales & illi sunt. Itaque si offerat Deo malus, & accipiat inde bonus, tale cuique esse, qualis quisque fuerit, quia & illud scriptum est [Omnia munda mundis.] Per hanc sententiam veridicam, & catholicam etiam vos Operati sacrificio non estis polluti, si facta ejus displicebant vobis. Nam utique panis illius, panis lucis erat, sub cuius iniquitatibus Africa torva iugebat: sed panem lucis, omnibus vobis communem esse, omnium vestrum malum schismatis facit. Item. ¶ Gratias Deo, quia tandem confessus es, posse valere invocatum nomen Christi ad aliorum salutem, etiam si peccatoribus invocetur. Hinc ergo intellige, cum Christi nomen invocatur, non obesse aliorum salutem aliena peccata.

¶ Vita sua] Sequeretur, sed unctionis: quæ voces absunt ab omnibus vetustis Græciam exemplaribus, licet in codicibus etiam B. Augustini impressis legantur.

C. LXXXVIII. ¶ Etiam per malum ministrum dona Dei ad eos perveniunt, qui cum fide accipiunt.

Idem in psalmum 10. in ver. [Iustus autem quid fecit?]

Christus i quid fecit vobis, qui traditorem suum tanta patientia pertulit, ut ei primam & Eucharistiam confectam manibus suis, & ore suo commendatam, sicut cæteris Apostolis, traderet? Quid vobis fecit Christus, qui eundem traditorem suum, quem diabolus nominavit, qui ante traditionem Domini, nec loculis Dominicis fidem potuit exhibere, cum cæteris discipulis ad prædicandum regnum cælorum misit, ut demonstraret, dona Dei pervenire ad eos, qui cum fide accipiunt, etiam si talis sit, per quem accipiunt, qualis Iudas fuit?

C. LXXXIX. ¶ Sacramentis Episcopi malitia non nocet.

Item Gregorius.

Non nocet malitia Episcopi, neque ad baptismum infantis, neque ad ecclesie consecrationem: quia

a Aug. in bo. 30. de pen. c. 3. b Math. 23. c Anst. l. 6. c. 71. l. 100. p. 5. c. 18. d Algeri. l. 3. c. 11. l. 100. p. 2. c. 98. & 99. * E. iudem l. 30. e Psal. 19. f Ad III. c. 1.

a al. vobis. b Eod. l. c. 35. c Ibid. c. 47. d Ibid. c. 48. e r. Reg. 10. & 24. f Ibid. c. 52. g Hebr. h Ibid. cap. 5. i l. 100. p. 2. c. 103. Joan. 13. & 12. k Math. 10. M



baptisma à Deo datur, non ab homine venit, sic & Eucharistia, & omnia, quæcunque in altari ponuntur, non ab homine, sed à Deo sanctificationem accipiunt.

Sed obicitur illud Hieronymi in Sophoniam, c. 3.

C. XC. ¶ Non verba, sed merita sacerdotum.

Eucharistiam faciunt.

Sacerdotes, à qui Eucharistia servunt, & sanguinem Domini populis, eius dividunt, impie agunt in legem Christi, putantes Eucharistiam, imprecantis facere verba, non vitam, & necessariam esse tantum solentem orationem, & non sacerdotum merita, de quibus dicitur [Et sacerdos, in quo fuerit macula, non accedet offerre oblationes Domino.]

C. XCI. ¶ Tanto facilius sacerdotes exaudiuntur, quanto apud Deum sunt digniores.

Item Alexander episcopus.

Ipsi sacerdotes pro populo interpellant, & peccata populi comedunt, quia suis precibus, & oblationibus ea delent, atque consumunt: qui quanto digniores fuerint, tanto facilius pro necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur.

C. XCII. ¶ Non adesse sacramentis Spiritus Sanctus, quia per criminosos ministrantur.

Item Gelasius Episcopus.

Acrosancta d religio, quæ catholicam continet disciplinam, tantam sibi reverentiam vindicat, ut ad eam quilibet, nisi pura conscientia, non audeat pervenire. Nam quomodo ad divini mysterii consecrationem celestis spiritus invocatur e adveniet, si sacerdos, & qui eum adesse deprecatur, criminosis plenus actionibus reprobetur.

C. XCIII. ¶ Manus immunda, tacta inquinat, non mundat.

Item Gregorius in regesto lib. 2. episcopus.

Necessè est, ut esse munda studeat manus, quæ diluere sordes curat: ne tacta quaque deterius inquinat, si sordida ipsa seorsis h. lutum tenet: scriptum est namque [Mundamini, qui fertis vasa Domini.] Domini etenim vasa ferunt, qui proximorum animas ad interiora h. perducendas, in conversationis suæ exemplo suscipiunt.

C. XCIV. ¶ Aque servandum est verbum Christi, & corpus Christi.

Item Augustinus lib. 30. homiliarum, homil. 26.

Interrogo vos fratres vel sorores: dicite mihi, quid vobis plus esse videtur, verbum Dei, an corpus Christi? Si verum vultis respondere, hoc utique dicere debetis, quod non sit minus verbum Dei, quam corpus Christi? Et ideo quanta sollicitudine observamus, quando nobis corpus Christi ministratur, ut nihil ex ipso de nostris manibus in terram cadat, tanta sollicitudine observemus, ne verbum Dei, quod nobis erogatur, dum aliud aut cogitamus, aut loquimur, de corde nostro peccat: quia non minus reus erit, qui verbum Dei negligenter audierit, quam ille, qui corpus Christi in terram cadere negligentia sua permisit.

C. XCV. ¶ De eodem.

Item lib. 2. de Trinitate, c. 14.

Neque in potest id rite offerri, nisi per sacerdotem iustum & sanctum, nec nisi ab eis accipiatur, quod offertur, pro quibus offertur, atque id sine vitio sit, ut pro vitiosis mundandis possit offerri. Hoc certè omnes cupiunt, qui pro se offerri sacrificium Dei volunt.

a Ivo p. 2. c. 110. b Levit. 21. c Ivo p. 2. c. 69. & p. 6. c. 45. d Ivo p. 2. c. 90. & p. 6. c. 110. e al. advocatus. f al. etiam. g Et Pam. p. 2. c. 2. h al. insequens. i Esa. 52. k al. in interna sacrificia. l al. in aeterna sacra. m Ivo p. 2. c. 106. n Ivo p. 2. c. 107.

Cum vita sacerdotum Eucharistia necessaria esse dicitur, non consecrationi, sed effectui intelligendum est. Non enim effectus salutis conferri, quem merita faciunt indignum: potius cogitur in eo illud Apostoli. [Qui a manducate corpus Domini, & ejus sanguinem bibit indignè, iudicium sibi manducate & bibit. Ergo contra eos, qui vobis oblatione sacrificii se putant posse dari, non cessantes impie agere in legem Dei, intelligite illud dictum Hieronymi. b Quod verus sacerdos, etiam si malus fuerit, pro officio suo dignitatis gratiam transfundat hominibus, sicut Augustinus in lib. quæst. veteris. ref. c. 11.

C. XCVI. ¶ Sacerdotes nomen Domini invocant, Dominus autem benedictionem præstat.

Dicitur e est à Deo in Numeris d. ad Moysen, Aaron sacerdos: [Vos ponite nomen meum super filios Israël: ego Dominus benedicam eos.] ut gratiam traditio per ministerium ordinantis transfundat hominibus: nec voluntas sacerdotis obesse, aut prodesse possit, sed meritum benedictionem poscentis. Quamta autem sit dignitas ordinis sacerdotalis, hinc advertemus. Dicitur est enim de nequissimo Caipha interitu re. Salvatoris, inter cetera. [Hoc e autem à semet ipso non dixit, sed cum esset princeps sacerdotum, qui illius prophetavit.] per quod ostenditur spiritum gratiarum non personarum, sequi aut digni, aut indigni, sed ordinationem traditionis, ut quavis aliquis bonus sit, non tamen possit benedicere, nisi fuerit ordinatus in officium ministerii exhibeat. Dei autem est, etiam tribuere benedictionis.

Quod verò per hereticos sacramentis dignitatis ministrantur carere effectibus, improbat auctoritate Anastasii Papa, qui ordinationem Acacii, quavis hereticæ, ita raris approbationibus eis, quos post damnationem suam baptizavit vel ordinavit, nullo ream personam nocuisse asserat. Sed hoc e eum illius non canonice, imò contra decreta justorum prædecessorum scripsit Felix & Gelasius, qui Acacium ante Anastasium cum monachis erant, & Hormisda, qui ab ipso Anastasio reus eadem Acacium damnavit. Unde etiam ab ecclesia Romanæ publicatur, & à Deo fuisse percussus legitur in gestis Romanæ Pontificum, hoc modo [Anastasius f. secundus natus e manus, &c.] Require retrò in tractatu decretalium capitulum.

i ¶ Sed hoc eum [Suprà diff. 19. c. Anastasius] ostendit e immereito reprehensum esse Anastasium, & verisimile e quæ ipse ad Acacium scripsit & decrevit.

C. XCVII. ¶ Qui recedit ab ecclesia, nec baptisma, nec jus dandi amittit.

Item obicitur illud Augustini lib. 2. contra episcopus Parmenianum c. 13.

Quod e quidam dicunt, Baptisma, quod i. accipit, non amittit, qui recedit ab ecclesia, sed nisi i. accipit, non amittit, quod accepit, amittit, multis modis apparet frustra. & inaniter dici. ¶ Primo, quia nulla est illius causa, cur ille, qui ipsum baptismum amittere non potest, jus dandi amittere possit. Verumque enim sacramentum est, & quadam consecratione utrumque homini datur, illud, cum baptizatur, illud, cum ordinatur: ideoque à catholico utrumque non licet iterari. ¶ Nam si quando ex ipsa parte venientes etiam præpositi pro bono pacis, correctio h. schismatis errore suscepti fuerint, vitium est opus esse, ut eadem officia gererent, quæ gerebant, non sunt rursus ordinandi, i. sed sicut baptismus in eis, ita ordinatio manet integra, quia in peccato

a 1. Corin. 11. b Sup. ea. sacerdotem. c Ivo p. 2. c. 110. d Panorm. l. 3. c. 79. e Ivo p. 2. c. 110. f Sup. d. l. 1. cap. 7. g Sent. 4. dist. 21. h Al. lib. 3. cap. 10. Panorm. lib. 1. c. 11. d. 1. cap. 7. Ivo part. 2. cap. 97. Panorm. lib. 2. cap. 27. h al. ordinati. i al. ordinati.



sione fuerat vitium (quod unitate a pacis est correctum) non in sacramentis, quæ ubicunque sunt, ipsa vera sunt. Et cum expedire hoc videatur ecclesiæ, ut præpositi eorum venientes ad catholicam societatem, honores ibi suos non administrarent, non eis tamen ipsa ordinationis sacramenta detrahuntur, sed manent super eos. Ideoque non eis in populo manus imponitur, ne non homini, sed ipsi sacramento fiat injuria. & infra.

¶ Sicut autem habent in baptismo, quod per eos dari possit, sic in ordinatione jus dandi: utrumque quidem ad perniciem suam, quamdiu charitatem non habent unitatis: sed tamen aliud est, profusum non habere, aliud, perniciose habere, aliud, salubriter habere. Quid quid non habetur, dandum est, cum opus est dari: quod vero perniciose habetur, per correctionem depulsa pernicie, agendum est, ut salubriter habeatur. Quamquam, etsi laicus aliqua b percutis dedit necessitate compulsi, quod cum ipse acciperet, dandum esse addidit, nescio, an pie quiquam dixerit esse repetendum. Nulla enim cogente necessitate si fiat, alieni muneris usurpatio est. Si autem necessitas urgeat, aut nullum, aut veniale delictum est. Sed etsi nulla necessitate usurpetur, & a quolibet cuilibet detur, quod datum fuerit, non potest dici non datum, quamvis recte dici possit illicitum datum. Illicitam ergo usurpationem corrigi remittentis & penitentis affectus. Quod si non correxerit, manebit ad poenam usurpationis quod datum est, vel ejus, qui illicite dedit, vel ejus, qui illicite accepit: non tamen pro non dato habebitur. Neque 2 ullo modo per devotum militum, quod a privatis usurpatum est, signum regale violabitur. ¶ Si enim aliqui furtim, & extraordinarie, non in monetis publicis, aurum vel 3 argentum, percuciendo signaverint, cum fuerit deprehensum, nonne illis punitis, aut indulgentia liberatis, cognitum regale signum thesauris regalibus cogitur inferri? & paulo post. ¶ Si forte illum militie characterem, in corpore suo, non militans pavidus exhorruerit, & ad elementiam Imperatoris confugerit, ac prece fusa & impetrata jam venia militare coeperit, numquid homine liberato, atque correcto, character ille repetitur: an non potius agnitus approbatur? An forte minus hærent sacramenta Christiana, quam corporalis hæc nota, cum videamus nec apostatas carere baptismate, quibus utique per penitentiam redeuntibus non restituitur, & ideo amitti non posse judicatur? & paulo post. ¶ De iis, qui ab ecclesiæ unitate separati sunt, nulla jam quæstio est, quin & habeant, & dare possint, & quin perniciose habeant, pernicioseque tradant extra vinculum pacis. & infra. ¶ Neutri sacramento injuria facienda est. ¶ Sicut non recte habent, qui ab unitate discedunt, sed tamen habent, & ideo redeunt: non redditur; sic etiam non recte dat, qui ab unitate discedit: sed tamen dat; & ideo, quod ab eo accepit, venienti ad unitatem non iteratur. & infra.

¶ Sicut redeunt non redditur, quod & foris habeat, sic venienti repetendum non est, quod etiam foris accepit. Unde consequenter intelligitur perverfitatem hominum esse corrigendam; sanctitatem autem sacramentorum in nullo perverto esse violandam. Constat enim eam in perveris, & sceleratis hominibus, sive in eis, qui intus sunt, sive in eis, qui foris sunt, impollutam atque inviolabilem permanere, & quia dicuntur ea mali polluere, quantum in ipsis est, dicuntur; cum illa impolluta permaneant: sed in bonis permanent ad premium, in malis permanent ad judicium. & infra. ¶ Quomodo d. catholici non clarificant Deum, qui promissa ejus nullis hominum sceleri-

bus, quominus implerentur, impedire posse confidunt? qui sacramenta ejus tam debita veneratione profequuntur, ut ea, si etiam ab indignis tractata fuerint, illis sua perverfitate dampnatis, illa intemerata sanctitate permanere demonstrantur.

1 ¶ Quod accepit] Sic etiam Algerus, licet paulo aliter habeat originale.

2 ¶ Neque nullo modo] Hæc usque ad verbum, violabitur, addita sunt ex originali: ex quo etiam alius locus caput hæc locupletatum est.

3 ¶ Vel argentum] In codicibus B. Augustini impressis sequatur, sed as: in duobus autem manuscriptis Vaticanis, vel as.

12 ps. Ex his vero Augustini constat, in omnibus tam apostatis, quam hæreticis, vel damnatis permanere Christi sacramenta vera, quantum ad se, & sancta, & nisi penitentia, vel indulgentia subventum fuerit, ad damnationem usurpatoris pervenient, vel habentis, vel dantis, vel accipientis. Quid ergo prodest, quod vera & sancta sunt, cum usurpatoris suos aque perimant, ac si essent mala & nociva? Crasus aurum sicuti, & aurum bibit: aquæ perit vero auro, sicut vero veneno. ¶ Item a aurum aquæ verum est in area furti, sicut in thesauro regis. Sed a fure, quis illicite habetur, illicite datur, vel accipitur: a rege autem licite habetur, licite datur, & accipitur: idco ipse fur, & communicator furti (nisi forte de conscientia furti se purgaverit) ut perhibet Galasius ad Anastasium Imperatorem, utique iuste & æque damnabitur. ¶ Opponitur autem hæc sententia Augustini: potestas dandi baptismum, & jus consecrandi Dominicum corpus, & largiendi sacros ordines, plurimum inter se differunt. Suspendo enim, vel deposito sacerdote, nullus ei relinquatur potestas sacrificandi, Sacramentum tamen baptismi non solum a sacerdote deposito, sed laico catholico, verum etiam ab hæretico, vel pagano, si ministratum fuerit, nulla reiteratione violabitur: nulla autem ratio finit, ut inter sacerdotes habeantur, qui de manibus laici, vel pagani oleum sacra (imò excoeranda) unctionis assumunt. Non ergo consequenter colligitur, ut si recedentibus a fide jus baptizandi relinquatur, potestas etiam distribuendi sacros ordines relinquatur, quantum utrumque, a consecratione proveniat. Degradatus enim Episcopus potestatem largiendi sacros ordines non habet, facultatem tamen baptizandi non amittit. ¶ Sed i. ne Augustinum in hæc sententia penitus reprobenimus, intelligamus aliud esse potestatem distribuendi ordines sacros, aliud esse executionem illius potestatis. Qui enim intra unitatem catholica ecclesiæ constituti, sacerdotalem, vel Episcopalem unctionem accipiunt, officium, & executionem sui officii ex consecratione adipiscuntur. Recedentes vero ab integritate fidei, potestatem a ceptam sacramento tenui retinent, effectus sua potestatis penitus privantur: sicut conjugati ab invicem discedentes, conjugium sibi in initium non dissolvunt: ab opere tamen conjugali interveniunt alieni. ¶ De his ergo, qui accepta sacerdotali potestate ab unitate catholica ecclesiæ recedunt, loquitur Augustinus, non de illis, qui in schismate vel hæresi positi sacerdotalem unctionem accipiunt. Alioquin esset contrarius Chalcedonensi b concilio, in quo ordinati a simoniacis in nullo proficere judicantur; & Innocentio, qui ordinatos a hæreticis, per pravam manus impositionem, solum damnationem, & capitis vulnus affectus testatur. ¶ Quamvis possit generaliter dici, sacramenta, quæ apud hæreticos non aliter, quam in ecclesiâ Dei celebrantur, vera & rata esse, quantum ad se, falsa vero & inania quantum ad effectum, & in iis, a quibus male tractantur, & in illis, a quibus male suscipiuntur. Nec mirum. Ipsa enim salus nostra buccellam c. luda dedit: statim cum buccella non bonus, sed malignus spiritus intravit, quare? non quia bonus non daret bonum: sed quia malus male accepit bonum: sicq, bonum effectum bonum non habuit, quia, ubi illud faceret, non invenit

a ut unitatis pace, b alius potestatis, c adde c. 111. infra eadem. d Exod. 2. lib. 6. 19.

a Alg. 13. c. 12. b Sup. ead. c. si quis Episcopus, d. sup. ea. c. qui perfectionem. 16. c. 10. 13.



¶ Item Dominus a in patria sua presens & verus affuit: non per malum ministrum, sed per scripturam nihil potuit, quia fides non invenit, pro perfidia aliorum non caruit sua veritate, sed effectus boni virtute. ¶ Quod usque in omnibus sacramentis ostenderet, huius est transfiguratus, cum esset in carne. In una transfiguratione, b sicut sol apparuit mirabilis, ut fides credentium augetur ad contemplandum caelestem gloriam super se elevatam. In altera, ut peregrinus, c & incognoscibilis de se dubitantibus ire longius se finxit, & ne agnosceretur, oculos eorum tenuit: ad quid aliud? nisi, ut quae per fidem non erat in cordibus eorum, longius se ab eis recedere ostenderet, & quia ipsam non credebant esse, quod erat, viderent & cum aliis, quam erant? Ecce in utraque visione, sua erat presentia & veritas: sed in una exercebatur incredulitas, ne etiam agnoscerent, quod videbant. Sacramentum ergo corporis & sanguinis sui alius est ad salutem, obis ad iudicium. Fides etiam, quamvis sit vera, tamen sine & operibus mortua est. Sic & omnes decem virgines e. equaliter erant virgines: sed ex his quinque erant fatuae, & quinque prudentes. Equae erant virginitatis veritas, sed pro eiusdem virginitatis intentione non omnibus aqua meritis identitas. Ceterum est et i sonans, aut cymbalum timens, martyrium, vel eleemosyna quam nescit charitas. Si vero cacus caeco lucerna ministrat veritatem: neuter tamen ideo magis suam illuminat cecitatem. Sic & malus ministrat malo vera sacramenta, sed non ideo dona spiritualia, quia malis eorum meritis Spiritus Sanctus impeditur, ne in eis, quod suum est, operetur. Unde Innocentius, g. cum haereticorum baptismum concedat esse ratum, non tamen ex illo baptismo concedit haberi Spiritum Sanctum. Et Leo, h. h. qui formam baptismi acceperunt, non sinit rebaptizari, sed iubet Spiritum Sanctum, quem ab haereticis nemo accipit, per eius invocationem, & manus impositionem, a catholicis sacerdotibus consequi. Sciendum vero est, quod sacramenta haereticorum dicitur irrita, vel etiam damnanda, falsa, & inania, non quantum ad se, cum sint sanctorum & vera etiam ab haereticis celebrata, sed quia, cum illicite dantibus perfidis sint ad iudicium, illicite ab eis accipientibus non conferunt Spiritum Sanctum. Irrita & non vera dicuntur, quia quod promittunt & conferre creduntur, non tribuunt: & ideo damnanda, ut ea dare, vel recipi ab haereticis non approbetur, sed interdicatur. Non enim quantum ad se, polluta sunt, quantum ab haereticis polluta dicuntur. Utile Gregorius i communionem Arrii vocat execrationem, & Innocentius k. vocat Balaam adnationem, damnationem: non quod ita in se sint, sed quia male dantibus, vel accipientibus id efficiunt. Sed etiam Hieronymus in Osee l. sacrificio eorum panem luctus vocat, non quantum ad se, sed quantum ad effectum: quod ipsemet ostendit, subjungens. [Quicumque comederit ex eo, contaminabitur, quia sibi ad iudicium sumet.]

¶ Sed ne Augustinum] Hic Gratianus ita videtur loqui de B. Augustino, quasi ipse hac in re sit dubia, aut incerta sententia: cum tamen nemo ipse melius ac fassus in libro contra Donatistas rem hanc exposuerit, omnino, cum Chalcedonensi concilio & Innocentio concordet.

C. XCIII. ¶ Sacramenta quomodo obis indigne tractantibus, profunt tamen digne sumentibus.

Hinc etiam Augustinus lib. 2. contra epistolam Parmeniani, cap. 6.

¶ Per m. Esaiam n. Dominus dicit [Facinorosus, qui sacrificat mihi vitulum, quasi qui canem occidat, & i

a. Matth. 13. b. Matth. 17. c. Luc. 24. d. Iac. 2. e. Matth. 23. f. 1. Corinth. 13. g. Supr. ea. ca. Arriani, 73. h. Supr. ea. s. h. qui. i. Supr. ea. s. superueniente, 72. k. c. qui perfectiorum, 17. c. venium, 16. l. In cap. 9. Osee. m. Ivo p. 2. c. 97. n. Esa. 66.

qui coquit similaginem, quasi sanguinem porcinum, & qui offert thuris in memoriam quasi sacrificium] p. paucis interjectis. ¶ Quilibet ubilibet offert sacrificium in tali a corde, vel factis, hoc b. u. mereatur audire, perniciem sibi infligere, non illis bonis, qui accipiunt ad eis sacramenta eadem, qui secundum Prophetam Esaiam c. genuit, & merent peccata, quae sunt in medio eorum, quamvis non se inde corporaliter sperent: & infra d. ¶ Sacrificia impiorum eis ipsis obent, qui offerunt impie. Nam unum atque idem sacrificium propter nomen Domini, quod invocatur, & semper factum est, & tale cuique sit, quasi corde ad accipiendum accesserit [Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit.] non ait, aliis, sed tibi & f. f. ¶ Hoc penè in omnibus talibus quationibus intelligendum admonemus, scilicet quia omnia sacramenta cum obis indigne tractantibus, profunt tantum per eos digne sumentibus. Si autem factus est, quod in ecclesia praeposito, vel ministro sic inest, ut si factus non est, operetur per eum Spiritus Sanctus, & ad eius jus mercedem in salutem sempiternam, & eorum regenerationem, vel adificationem, qui per eum sine eo secantur, sive evangelizantur. Si autem factus est, non niam verissime scriptum h. est [Spiritus enim Sanctus disciplinam effugiet factum.] deest quidem saluti, ut auferat se a cogitationibus, quae sunt sine intellectu, ministerium tamen eius non deserit, quo per eum factum operatur aliorum.

¶ Et qui coquit] Apud B. Augustinum legitur, de similaginem quasi sanguinem porcinum, & qui offert thuris, quasi benedicit idolo. & sic etiam Ivo, nisi quod dicit & qui ponit similaginem. sicut etiam B. Augustinus in litteris Petriani lib. 2. cap. 15. Leditio graeca vulgata optime spondit veris B. Hieronymi secundum LXX. iniquus autem, qui immolat vitulum, quasi peccatiens virum, sacrificium de grege, qui occidit canem: qui offert similam, qui qui sanguinem suillum: qui dat thuris in memoriam, quasi blasphemus. Vulgata autem latina ex Hieronymo candum boveam exemplar sic habet: Qui immolat boveam quasi qui interficit hominem: quasi qui sanguinem suillum offerat, qui recordatur thuris, quasi qui benedicat idolum.

¶ Constat ergo, ut Innocentius k. ait, de ceteris haereticis reprobis a simoniaco per pravam manus simoniaco impositione necentibus habere caput. ¶ Sed obicitur, quod in ordinibus simoniacorum hoc solum reprehensibile invenitur, quod per Spiritum Sancti sub pretia redigi potest: alios non autem in omnibus integra forma sacramentorum servetur. Cum ergo illius sacramenti usus per penitentiam correpta fuerit, ut in manu Spiritus Sancti gratuita, & non venialis existenter, integre adesse unitionis effectus: Imò etiam, si non sequatur penitentiam, licet simoniaco, tamen revera consecratus reputatur: sicut et illi, qui quondam non nisi pretio datus, nec ad sacri baptismi regenerationem, nec ad sanctae communionis participationem admittuntur, licet simoniaco, tamen non ideo minus baptizati, vel sanctae communionis participes reputati sunt. Sed hoc tantum i. h. canonibus constitutum est, ne de cetero sacramenta Christi simoniaco distribuuntur.

C. XCIX. ¶ A baptizandis, vel consignandis pretia non exigantur.

Unde Gelasius ad Episcopos per Lucaniam, epistolae. i. c. 7. m.

¶ Baptizandis, n. consignandisque fidelibus sacerdotum pretia nulla praegantur, nec illationibus quibuslibet impositis exagitare cupiant renascentes: quoniam, quod est gratis accipimus, gratis dare mandatur. Et ideo nihil e

a. tal. orig. b. al. hac. c. Eccl. 9. d. eod. l. contra epistolam Petri. e. 1. Cor. 11. f. eod. l. c. 10. g. Iud. c. 11. h. Supr. i. al. idola. k. Supr. ea. qui perfectiorum, 17. l. tamen. m. C. c. 10. n. Bur. l. 4. c. 71. Ivo p. 1. c. 73. & 249. o. Matth. 23. praedictis



predicatis prorsus excipere moliantur, quò vel paupertate cogente deterriti, vel indignatione revocati, redemptionis suæ causas adire desipiant: certum habentes, quòd qui prohibita deprehensi fuerint admisisse, vel commissa non potius sua sponte correxerint, periculum subituri proprii sint honoris.

CAP. C. ¶ *Ad percipiendam gratiam a communione pretium exigere non debet.*
Item ex sexta synodo. cap. 23.

N^o Villus b. Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui sacramentum dispensat communionem, à percipiente gratiam i. communionis aliquid pretium exigat. Neque enim venditur gratia, neque pro pretio gratiam Spiritus Sancti damus, sed dignis munere sine defraudatione participare concedimus. Si quis verò eorum, qui connumerantur in clero, ab eo cui sacramentum dispensat, aliquid pretium exegerit, deponatur, sicut imitator simoniae fructus.

¶ *Gratiam* Sic etiam Ivo. in uno vetusto Gratiani codice est, gratia communionis, quod gratia lectam magis convenit: *πρωτὸν ἔμετρησεν ἡ ἀσκήσιον, τῆς τοιαύτης μεταλήψεως χάριν, ὁδοῦς, ἢ ἀδὸν τὸ ἀσκήσιον.* id est, ab eo qui percipit communionem, ejusmodi participationis gratia, obolos, vel aliam quamvis speciem exigat. Sunt etiam alia, nonnulla varietates non magis ponderari.

C. CI. ¶ *Munera invisibilibus gratiæ quæstibus non sunt comparanda.*
Item ex concilio Toletano XI. c. 8.

Q^uidquid e invisibilis gratiæ consolatione. i. tribuitur, nunquam 2. quæstibus, vel quibuslibet præmiis venundari penitus debet, dicente d. Domino [Quod gratis accepistis, gratis date.] Et ideo quicumque deinceps in ecclesiastico ordine constitutus, aut pro baptizandis, consignandisque fidelibus, aut collatione christiatis, vel promotionibus graduum pretia qualibet, vel præmia (nisi 3. voluntarie oblata) pro hujusmodi ambitione susceperit, equidem, si sciente loci Episcopo tale quidquam à subditis perpetratum fuerit, idem Episcopus duobus mensibus excommunicationi subiacet, pro eo quòd 4. scita mala contexit, & correctionem necessariam non adhibuit. Sin autem suorum quispiam, eodem neciente, pro supradictis quodcumque capitulis accipiendum esse sibi crederit, si Presbyter est quatuor mensium, excommunicatione plectatur; si Diaconus, trium; subdiaconus verò, vel clericus his cupiditibus serviens, & 5. competenti pœna, & debita excommunicatione plectendus est.

¶ *Consolatione* In concilio olim Colonia, ac Lutetia impressu, duobus ipsorum codicibus Vaticanis, uno Regi catholici, & apud Ivenem legitur collatione: sed ob glossam non est emendatum.

¶ *Nunquam quæstibus* Eodem codice Regio legitur, nummorum quæstu, vel quibuslibet præmiis venundari penitus non debet: in aliis verò supra citatis, nunquam quæstu.

¶ *Nisi* Al eodem codice Regio abest dictio ista, nisi ita ut in his casibus voluntarias etiam oblationes prohibeat: sicut de baptismo in concilio Eliberitano est constitutum, infra ead. emendari. & de sacri ordinationibus in concilio Tridentino sess. 21. c. 1. In aliis tamen codicibus est ipsa dictio, nisi.

¶ *Quòd scita* Antea legebatur, in conscientia mala. Emendatum est ex codice Regio, & Ivo. in concilio verò impressu variè legitur.

¶ *Et competenti* In vulgata legebatur, pro arbitrio competenti pœna. sublata sunt voces, pro arbitrio, quia in vetustis exemplaribus, in concilio impressu, & manu

a al. gratia. b Ivo p. 2. c. 92. c Ivo p. 1. c. 97. & part. 5. c. 126. d Matth. 10.

scripsi, & apud Ivenem non habentur, neque auctor glossa agnoscitur.

¶ *Emendata est inscriptio ex aliquot vetustis codicibus.* Nam in vulgato erat, ex Carthageniensi quarto, in quo non habetur.

C. CII. ¶ *Nihil à sacerdotibus exigatur pro balsamo, quòd in Chrismate ponitur.*
Item ex concilio Bracarenfi 2. c. 4.

P^lacuit, ut nullus Episcoporum pro modico balsami, quòd benedictum pro baptismi sacramento per ecclesias datur, quia singuli a tremissem pro ipso exigere solent, nihil ulterius exigatur: ne forte, quòd pro salute animarum per invocationem Sancti Spiritus consecratur, sicut Simon b. magus donum Dei pecunia voluit emere, ita nos venundantes damnabiliter venundemus.

C. CIII. ¶ *Non est aliquid exigendum ab iis, qui infantes suos ad baptizandum adducunt.*
Item ex eodem, cap. 7.

P^lacuit, ut unusquisque Episcopus per ecclesias suas hoc præcipiat, ut hi, qui infantes suos ad baptismum offerunt, si quid voluntarie pro suo offerunt voto, suscipiatur ab eis. Si verò per necessitatem paupertatis aliquid non habeant, quòd offerant, nullum eis pignus violenter tollatur à clericis. Nam multi pauperes hoc timentes, filios à baptismate retrahunt: qui si fortè, dum differuntur, sine gratia baptismi de hac vita receperint, necesse est, ut ab illis eorum perditio requiratur, quorum spolia pertimescentes, à baptismi gratia se retraxerunt.

C. CIV. ¶ *Qui baptizatur, nullis nummos in concham mittat.*
Item ex concilio Eliberitano, c. 48.

E^mendari placuit, ut qui baptizantur (ut fieri solebat) nummos in concham non mittant: ne sacerdos, quòd gratis accipit, pretio distrahere videatur. Neque pedes eorum lavandi sunt à sacerdotibus, vel clericis.

C. CV. ¶ *Pro percipiione baptismi, vel christiati aliquid exigere non debet.*
Item ex concilio Triburiensi.

Dⁱctum e est solere in quibusdam locis pro percipiione christiatis nummos dari, similiter pro baptismi, & communionem. Hoc simoniae hæresis semen detestata est sancta synodus, & anathematizavit, & ut de cætero nec pro ordinatione, nec pro christiatis, vel baptismi, vel pro balsamo, nec pro sepultura, vel communionem quidpiam exigatur, statuit; sed gratis dona Christi gratuita dispensatione donentur.

C. CVI. ¶ *Non pro dedicandis basilicis, vel pro cæteris sacramentis ecclesia conferendi aliquid exigere debet.*
Item ex concilio Cabilonensi, tempore Caroli Magni, c. 16.

S^tatuimus, d. ut sicut pro dedicandis basilicis, & dandis ordinibus nihil accipiendum est, ita etiam pro balsamo, sive luminaribus emendis, nihil Presbyteri christi accepturi dent. Episcopi itaque de facultatibus ecclesiarum balsamum emant, & luminaria singuli in ecclesiis suis concinnanda provident.

¶ *13 pars.* Sicut ergo hac sacramenta licet simoniace ministrantur, tamen benedictionis effectum conferunt accipienti: sic & sacerdotis unctio, licet simoniace ministratur, suo tamen non debet carere effectu. Sed, sicut supra e

a al. à singulis tremissem exigere. al. singuli tremissem exigere. b Al. s. c. Burc. l. 4. cap. 101. Ivo p. 1. c. 295. d Bur. l. 4. c. 93. Ivo p. 1. c. 287. Pann. l. 1. c. 98. e Supr. cap. remissionem. 39. 4. sed notandum.



diffon est illa sacramenta sunt necessitati, hac dignitatis, & ideo privilegia illorum non possunt generare communem legem istorum. Habent ergo simoniaci vulnerem caput per simoniaca manes pravam impositionem. Hoc autem de illi intelligitur, quos nec excusat ignorantia, nec attractionis violentia: qui ab illis ordinantur, quas indubitanter sciunt esse simoniacos, sive simoniacos, sive non simoniace ordinantur ab eis. Ut enim distinguit Nicolaus Papa, alii simoniace ordinantur a simoniaco, alii simoniace a non simoniaco, alii non simoniace a simoniaco. Hanc distinctionem innotuit Nicolaus Papa secundus, scribens omnibus Episcopis.

C. CVII. § De triplici genere simoniacorum.

Statuimus a. decretum de simoniaco tripartita heresi, id est, de simoniaco simoniace ordinatoribus vel ordinatis, & de simoniaco simoniace a non simoniaco, & de simoniaco non simoniace a simoniaco.

¶ Simoniaco simoniace ordinati vel ordinatorum secundum ecclesiasticos canones a proprio gradu, decident. Simoniaco quoque simoniace a non simoniaco ordinati, similiter ab officio male accepto removeantur. ¶ Simoniacos autem non simoniace a simoniaco ordinatos, misericorditer per manus impositionem pro temporis necessitate in officio concedimus permanere.

Sed hoc intelligendum est de eis, qui ordinantur a simoniaco, quos ignorabant esse simoniacos. Hos facit simoniacos, non reatim, crimini, sed ordinatio simoniaci.

C. CVIII. § De eo, qui non simoniace a simoniaco ordinatur.

De quibus Urbanus Papa in concilio Placentino, c. 3. & 4. ait.

¶ **S**ibi qui a simoniaco non simoniace ordinati sunt, si quidem probare poterint se, cum ordinarentur, nefecisse eos simoniacos esse, & si tunc pro catholicis habebantur in ecclesia, talium ordinationes misericorditer sustinemus: si tamen eos laudabilis vita commendat. Qui vero scierit se a simoniaco consecrari (imò execrari) permiserit, eorum consecrationem omnino irritam esse decernimus.

¶ **E**t si tunc] Antea legebatur, & quod tunc, quasi unus id probandi incumbere volens se purgare. Emendationem vero ex duobus manuscriptis istius concilii exemplaribus.

C. CIX. § De eo, qui ordinatur ab illo, quem scit simoniacum esse.

Idem Nicolaus junior. Hoc idem Alexander secundus.

¶ **D**e cetero statuimus, ut si quis in posterum ab eo, quem simoniacum esse non dubitat, se consecrari permiserit, & consecrator, & consecratus non disparere in damnationis sententiam subeant: sed uterque depositus penitentiam agat, & privatus propria dignitate persistat.

¶ **V**erba hujus, & sequenti cap. erga simoniacos. sunt in epistola Nicolai secundi, in qua concilium a se habitum refert: atq. ea repetit Alexander secundus in epistola ad omnibus catholicis Episcopis directa, qua habetur Roma manuscripta in tribus per vetustis codicibus.

C. CX. § Simoniaco in dignitate servanda, nulla est impendenda misericordia. Item paulo superius.

¶ **E**rga simoniacos nullam misericordiam in dignitate servanda habendam esse decernimus; sed juxta canonum sanctiones, & decreta sanctorum Patrum, eos omnino damnamus, ac deponendos esse, apostolica auctoritate sancimus.

Subdistinguitur aut, nisi violenter attrahi fuerint. De his

a. 4. sent. dist. 25. Lamorm. 13. c. 127. b. Magister ibidem. c. C. 4. d. lvo p. 1. c. 79. Pann. 1. 3. c. 126. e. Magister ibid. Deinde dist. p. 2. lvo p. 2. c. 79. Pann. 1. 3. c. 125.

enim, & quibuslibet hereticis violenter ordinatis aut innocens ad Episcopos Macedonia. epist. 22. c. 1.

C. CXI. § De eo, qui inveni ad hereticorum ordinationem trahuntur.

¶ **C**onstat multos vim passos, atque invitos attrahere repugnantibus ab hereticis ordinaros, sed hinc modi aliquis, si post ordinationem talem non accessit, cum illi consecraret sacramenta, si omnium eorum participatus non est, si statim discedentibus in pessimo conciliabulo eorum a abrenuntiaverint, & in Ecclesiam rediit, h ille talis potest habere colorem alicuius excusationis. Ceterum qui post mentem amplius redierint, cum se considerent ab hereticis ordinaros, quamvis nihil ab eis acceperunt, rei illius surpata dignitatis.

¶ **I**llis] In editione trium tomorum legitur, discedere de eorum pessimo. editio quatuor tomorum, & codex canonis habet ut Gratianus: multa autem in hoc capite collecta sunt in suo apertum.

Tales plerumque intuitu pietatis reformant catholica non impositio cum satisfactione, & medicina penitentia: sed in mutationem simoniacorum, & eorum qui eis consecraverunt, immo: medicinam vero authenticam ex hac heresi non legitur: nisi quod, sicut usurpatum est in Novationis Donatistis, minoribus utique hereticis, non canonice, sed ex parte pietatis, ita etiam ex his posse fieri intelligimus, idem etiam aliorum per omnia orthodoxam habent fidem, nisi quod dicitur Sanctum credunt unum. Et, ut ait beatus Augustinus, ut tunc, cum redierint, qui parte se absciderint ab ecclesia, causa qua vero parte adhaeserint, cognoscantur.

C. CXII. § Qui ab heresi ad ecclesiam rediit, in quo invenitur ordine, ex beneficio perseverent.

Hinc & Leo Januario i Aquilegensis, epist. 3.

¶ **O**mnis e. cuiuslibet ordinis clericus, qui catholiceam deserens unitatem, hereticæ, vel schismaticæ conjunctionis contagione se maculaverit, si ad catholicam redierit cum legitima satisfactione, & erroris damnatione, hoc in magno beneficio habet, & accessit sibi omni spe promotionis, in quo invenitur ordinis permaneat.

¶ **I**anuario] Sic etiam citatur infra ead. q. 7. c. saluberrimum. & sic habetur in manuscriptis Leonis codicibus, quos in excussis sit, Iuliano. Ceterum verba ipsa epistola referuntur in dicto c. saluberrimum. & ex parte supr. ead. c. si quis hereticus, Nam hic sententia potius asseritur.

De his autem, qui ordinantur simoniace a non simoniaco (supra illi, qui data pecunia Archidiacono, vel consistorio Episcopi. Episcopo ignorante, hoc efficiunt, ut de manu ipsius ordinem accipiant) ut scribit Gregorius VII. lib. 6. c. 1. in synodo Roma habita, anno Domini 1075. die 9. Novemb. cap. 5.

C. CXIII. § Ordinationes, qua simoniace sunt, falsa iudicantur.

¶ **O**rdinationes, a qua interveniente pretio, vel precibus, vel obsequio alicui personæ ea intentione, impensis, vel quæ non communi consensu electi & populi secundum canonicas sanctiones fiunt, & ab eis, ad quos consecratio pertinet, non comprobantur, falsæ esse djudicamus: quoniam, qui taliter ordinantur, non per osium, id est, per Christum intrant, sed, ut ipsa veritas testatur, fures sunt & latrones.

14 ps. Quia ergo simonia tripliciter in capitulo notatur, notandum est, quos modis pretium in hac heresi dicitur.

a. Eodem.] orig. id est, Boreto. b. sup. ad. ca. quod videtur. dam. q. 1. vers. sed sicut. c. Sup. ea. ca. si quis hereticus. & 7. ca. q. 7. c. saluberrimum. Pol. 1. 7. tit. 3. Pann. lib. 3. ca. 121. d. Poly. lib. 3. lvo p. 5. c. 81. e. irritus.] orig. & Poly. f. hanc. c. CXIV.



C. CXIV. De multiplici genere simonia-
corum.

*Hic beatus Gregorius in Evangeliorum tractatu
hom. 4. in fine exponit, dicens.*

Sunt a nonnulli, qui quidem nummorum præmia
ex ordinatione non accipiunt, & tamen sacros ordi-
nes pro humana gratia largiuntur, atque de largita-
te eadem, laudis solummodo retributionem quarunt.
¶ Hi nimirum, quod gratis acceptum est, gratis non tri-
buunt: quia de impenso officio sanctitatis, nummum
expetunt favoris. Unde bene, cum iustum virum de-
scriberet propheta, b. ait [Qui excutit manus suas ob
omni munere.] Neque enim dicit, qui excutit manus
suas à munere, sed adiungit [ab omni.] quia aliud est
munus ab obsequio, aliud munus à manu, aliud munus
à lingua. Munus quippe ab obsequio est subjectio: &
indebitè impensa. Munus à manu pecunia est. Munus à
lingua, favor. Quæ ergo sacros ordines tribuit, tunc ab
omni munere manus excutit, quando in divinis rebus
non solum nullam pecuniam, sed etiam humanam gra-
tiam non requirit.

C. CXV. Aeternam damnationem inveniet,
qui qualibet munere ad sacros ordines
accedit.

Idem in regesta.

Si quis neque sanctis pollens moribus, vel neque à
clero, populoque vocatus, vel pulsatione coactus,
impudenter Christi sacerdotium, jam quolibet facinore
pollutus, iniusto cordis amore, vel fordibus precibus oris,
sive comitatu, sive manuali servicio, sive fraudulento
munulculo episcopalem, seu sacerdotalem, non lucro
animarum, sed inanis gloriæ avaritia fultus dignitatem
acceperit, & in vita sua non sponte reliquerit, eumque
inperata mors penitentem non invenit, proculdubio
in aeternum peribit.

¶ Inperata [In aliquot vetustis Gratiani codicibus legi-
tur, in altera mors penitentia.

C. CXVI. Pro ordinationibus nihil omnino
accipatur.

*Hinc idem Gregorius Iohanni Corinthiorum Episcopo,
lib. 4. epist. 57. seu cap. 99. scribit.*

De ordinationibus aliqui accipere sub districta
interdictione volumus. Oportet ergo, ut neque per
commodum, neque per gratiam, aut quorundam sup-
plicationem aliquos ad sacros ordines consentiant, vel
permittatis adduci.

C. CXVII. Nec pretio, nec proce, nec gratia, nec
supplicatione aliqui ad sacros ordines
accedant.

*Item universi Episcopi per Elladem e provinciam casti-
tatis, eod. lib. epist. 56. seu cap. 100.*

Quidam s. narrantibus agnovi, quòd in illis
partibus nullus ad sacrum ordinem sine commo-
datione perveniat. Quod si ita est, flens dico, gemens
denuntio, quia cum sacerdotalis ordo intus cecidit, for-
tis quoque diu stare non poterit. ¶ Scimus quippe ex
Evangelio, & quid redemptor noster per semetipsum
fecerit: quia ingressus in templum cathedras venden-
tium columbas evertit. Columbas quippe vendere est
de Sancto Spiritu (quem sibi consubstantialem Deus o-
mnipotens per impositionem manuum hominibus tri-
buit) commodum temporale percipere. Ex quo. ut præ-
dixi, innuitur, quid sequatur: quia, qui in templo Dei
columbas vendere præsumperunt, eorum, Deo iudi-
ce, cathedræ ceciderunt. ¶ Qui videlicet error in sub-

a. Ansel. l. 6. c. 53. Bure. lib. 1. cap. 13. Ino part. 5. c. 36. Panorm.
l. 3. cap. 221. b. Esa. 33. c. al. servitum. d. Sup. di. 100. c.
n. v. Ansel. l. 6. cap. 90. Poly. l. 2. tit. 1. c. al. Helodam. f. Et
eod. l. op. 51. & 55. ep. 7. Bure. l. 2. c. 21. 1207 p. 5. c. 103. g. Matth. 21.

ditis cum augmento propagatur. Nam ipse quoque,
qui ad sacrum ordinem perducitur, jam in ipsa prove-
ctus sui radice vitiat, paratior est aliis vendere, quod
emit. Et ubi est, quod scriptum est? [Gratis a accepistis,
gratis date.] Et cum primò contra sanctam ecclesiam
simoniaca hæresis sit exorta, cur non perpenditur, cur
non videtur, quia eum, quem quis cum pretio ordinar,
provehendo agit, ut hæreticus fiat? Ideoque hortatur
ut nullus vestrum denuò hoc fieri patiamur, sed neque
gratia alicujus, neque supplicatione aliquos ad sacros
ordines audeat promovere, nisi eum, quem vitæ & actio-
nis qualitas ad hoc dignum esse monstraverit. Nam si
aliter factum denuò senserimus, districta & canonica il-
lud noveritis ultione compepsi.

C. CXVIII. Ad Episcopalem honorem nullus
per ambitum accedat.

Item Symmachus ad Casarium, epist. 1. c. 5.

Nullus b itaque per ambitum ad episcopalem hono-
rem permittatur accedere. Nam cum hic excessus
in laica conversatione culpetur, quis dubitat, quin reli-
giosis, & Deo servientibus incutiat opprobrium?

C. CXIX. De eodem.

*Item Gregorius Adeodato Episcopo, lib. 2. in-
d. 11. epist. 48.*

Estote ergo præcipuè in ordinatione solliciti, & ad
sacros ordines e nisi provectiores ætate, & mun-
dos opere nullatenus admitatis, ne fortè semper esse
desinant, quod immaturè esse festinant. Eorum enim,
qui in sacro sunt ordine collocandi, prius vitam, more-
que discutiite; & ut dignos huic officio adhibere pos-
sitis, non vobis potentia, aut supplicatio quarumlibet
subrepat personarum. Ante omnia autem cautos vos
esse oportet, ut nulla proveniat in ordinatione venalita-
tas: ne (quod absit) & ordinatis, & ordinantibus pericu-
lum majus immineat. Si quando igitur de his tractari
necesse est, graves, expertosque viros consiliis d. vestris
adhibere participes, & cum eis communi de hoc de-
 liberatione pensate.

¶ Caput hoc duobus locis, ubi visum est expedire, locupletatum
est ex originali.

C. CXX. Neque favore, neque venalitate
ad sacros ordines quisquam promo-
veatur.

Idem Celenbo Episcopo, lib. 2. ind. 11. epist. 47.

Perit e ad sacros ordines nullatenus admittantur, ne
tanto periculosius cadant, quanto citius conscende-
re ad altiora festinant. Nulla sit in ordinatione venalita-
tas; potentia, vel supplicatio personarum nihil adver-
sus hæc, quæ prohibemus, obtineat. Nam proculdubio
Deus offenditur, si ad sacros ordines quisquam non ex
merito, sed ex favore (quod absit) aut ex venalitate pro-
vehitur.

*Item idem Gregorius quibusdam supplicanti-
bus, & alterum Diaconum legitur ordinasse: sicut
ipse scribit lib. 7. ind. 1. epist. 2. Petro 1. Episcopo Corsica inter
cetera.*

¶ [Petro] In codicibus impressis epistola unde caput hoc
sumptum est, inscribitur Chrylanto Episcopo. Verum in
codice per vetusto Vaticano, eorundem epistolarum, inscribitur Petro
Episcopo per Corsicam. Anselmus autem eodem modo ha-
bet ac Gratianus. Ad Petrum Episcopum Alexandria de Cor-
sica legitur epistola alia quoto libro c. 122. quam vix sit fortasse men-
dum in voce, Alexandria, & scribendum videatur, Ale-
ria.

C. CXXI. Episcopo interveniente, Papa quen-
dam acolythum ordinavit.

Latorem s. præsentium per intercessionem, g. sanctitatis

a. Matth. 10. b. Ansel. l. 6. cap. 6. c. al. ordines assera-
re, nisi. orig. d. ad consilium vestri. e. Ansel. l. 7. c. 46. f. Ansel.
l. 7. c. 79. g. al. pro intercessione.



veitra acolythum fecimus, quem ad obsequia vestra transmifimus, ut si in lucrandis animabus amplius servie- rit, proficere amplius possit.

C. CXXII. ¶ Quisquis in Romana ecclesia sa- crum ordinem acceperit, ab ea ulter- rius egredi non poterit.

Idem Helia presbytero & abbati, lib. 4. epist. 30. seu c. 74.

Illium a vestrum b Epiphanium mandastis, ut ad sacrum ordinem provehere deberemus, vobisque transmittere. Sed in uno vos audivimus, in alio autem minime audire potuimus. Diaconus quidem factus est: Sed quisquis semel in hac ecclesia ordinem e accep- rit, egrediendi ea ulterius licentiam non habet. Si ergo vos videre non potuit, hac ex re consolationem ha- beo, quia in filio vestro requiesco.

Non itaque quorumbet precibus ordinationes facte, falsa dijudicantur, sed haec demum, quae precibus ordinandi, vel eius amici, non spiritualis, sed carnalis affectu potest fieri, cum alias futura non essent: quas non charitas interveniens, sed am- bitio supplicans torquet. Non solum autem clericos cuiuslibet Epi- scopi summus Pontifex in ecclesia Romana valet ordinare, verum etiam opportunitate exigente monachos, & quoslibet clericos con- vocare potest, & invitare.

C. CXXIII. ¶ De eodem.

Unde Nicolaus Papa Michaeli Imperatori in epist. quae incipit [Prosperamus.]

Per d principalem beatorum Apostolorum Petri & Pauli potestatem, jus habemus, non solum mona- chos, verum etiam quoslibet clericos de quacunque dice- cesi, cum necesse fuerit, ad nos convocare, atque ecclesia- sticis exigentibus opportunitatibus invitare.

15 ps. Quilibet ergo munere interveniente falsa dijudicator ordinatio. Sicut autem pretio interveniente sacri ordinis non sunt tribuendi, ita nec restituendi. Ve enim ait beatus Ambrosius, sac- eri ordines nec pretio sunt emendi, nec redimendi.

C. CXXIV. ¶ Pretio interveniente sacerdotale of- ficiu non restituitur.

Hinc etiam Gregorius VII. ait lib. 6. reg. in concilio habito anno Domini 1078. pontificatus sui. 6. c. 10.

Nillus e Episcopus gravamen, seu servile servitium ex usu contra ecclesiasticam normam abbatibus, seu clericis suis imponat, vel interdictum sacerdotale officium pretio interveniente restituat. Quod si fecerit of- ficii sui periculum subeat.

Qui autem pecuniam accipiunt, ut ordinandi sacros ordines non tribuant, vel ut canonice electioni assensum non praebant, aut ecclesiis adificandas, vel consecrandis lapidem benedictum, vel consecrationem subtrahant, multis argumentis accepta pecunia rei, & infames esse probantur.

C. CXXV. ¶ Sacriligi sunt iudicandi, qui eccle- siam Dei non permittunt regulariter ordinari.

Ait enim Paschalis secundus.

Sunt quidam, qui vel violentia, vel favore non permit- tunt ecclesias regulariter ordinari. Hos etiam decre- vimus ut sacrilegos iudicandos.

C. CXXVI. ¶ De eodem.

Codici lib. 9. ad legem Iuliam repetundarum, Impp. Gratian. Valentin. & Theodosius.

Ibemus, f & hortamur, ut si quis forte honorato- rum, decurionum, possessorum, postremo etiam col- onorum, a cuiuslibet ordinis iudice fuerit aliqua ra- tione concussus, si quis scit de jure venalem fuisse sen-

a Ansim. l. 7. c. 78. b nostram.] orig. c. al. sacrum ordinem d. 7. 9. 9. c. 1. per principalem. An. l. 1. c. 75. & lib. 2. c. 14. e. Poll. 4. tit. 21. f. Tit. 27. d. 4. In codic. Theod. lib. 9. c. 111.

entiam, si quis poena vel pretio remissam, vel vitio co- piditatis ingestam, si quis postremo quacunque de causa improbum iudicem poverit approbare, is vel admittit- strante eo; vel post administrationem depositam in pu- blicum prodeat, crimen deferat, delatum approbet, cum probaverit, & victoriam reportaturus, & gloriam.

C. CXXVII. ¶ De eodem.

Item in digestis lib. 3. titulo de calumniatoribus, a le. prima [Vlpianus lib. 10. ad Edictum.]

Item, qui ut calumniam causa negotium faceret, vel non faceret, pecuniam daretur b accepisse, intra an- num i utilem, in quadruplum eius pecuniae, quam acce- pisse dicitur, post annum simpli e in factum actio copet.

¶ In hac & sequentibus legibus, quae ex ff. Erantur, repetundarum ex vetustis exemplaribus Gratiani, quae cum Pandectis Florentinis valde conveniunt.

1 ¶ Vitium] Haec dictio non est in antiquis codicibus, Gra- tiani, neq. in Pandectis, sed ob glossam non est sublata.

C. CXXVIII.

Ibidem lib. 47. tit. 12. de concussione. [Macer. lib. 1. publicorum iudic.]

Concussionis iudicium publicum non est. Sed si quis pecuniam quis accepit, quod crimen minaturus potest iudicium publicum esse senatusconsultis, cum- bus poena legis Cornelia teneri iubentur, qui in accu- sationem innocentium coierint, quive ob accusandum, vel non accusandum, denunciandum, vel non denuncia- dum testimonium pecuniam acceperint.

C. CXXIX. P A L E A

Ibidem lib. 48. tit. 11. ad legem Iuliam repetundarum. 13. [Macer. lib. 1. pub. iud.]

Lege Iulia repetundarum tenetur, qui cum aliqua potestatem haberet, pecuniam ob iudicandum, vel non iudicandum, i decernendumve accepit: Pe- nulejus Saturninus l. vel quo. cod. tit.] vel quo magis minus quid ex officio suo faceret.

1 ¶ Vel non iudicandum] Sic etiam in Digestis re- gatis: sed a Pandectis Florentinis ab sunt istae voces. Est autem Palea ista, fere in omnibus vetustis exemplaribus Gratiani: & a cap. sunt quidam. usq. ad finem questionis nulla est dicitur- tio capitum.

C. CXXX. ¶ De eodem.

Idem cod. tit. 1. 6.

Adem lege tenetur, qui ob denunciandum, vel non denuntiandum testimonium pecuniam accepit: & post pauca ¶ Lege Iulia repetundarum cavetur, ne quis ob militem legendum mittendumve, & accepit, neve quis ob sententiam in senatu, consiliove publico dicendam pecuniam accipiat, vel ob accusandum vel non accusandum. ¶ Macer. lib. 1. pub. iudic. 7. Le- gula de repetundis praecipit, ne quis ob iudicem, anti- trumve dandum, mutandum, iubendumve, ut iudicet, neve ob non dandum, non mutandum, non iubendum, & neve ob litem estimandam, iudiciumve capitis, pete- nnae faciendum, vel non faciendum aliquid accipiat & infra. ¶ Hodie ex lege Iulia repetundarum extra ordi- nem paniantur: & plerumque vel exilio puniuntur, vel etiam durius, prout admiserint. Venulejus cod. tit. 1. 6. Hac lege damnatus testimonium publice dicere, aut iudicium esse postulare prohibetur.

1 ¶ Acceperit] In Pandectis sequitur versiculus, Haec lege damnatus, qui exponitur in fine huius capituli.

QVAESTIO II.

1 S Equitur secunda questio, qua quaeritur, an pro in- gressu monasterii, pecunia sit exigenda, vel ex- dita persolvenda. Haec utrumque licite geri, & triusque testamenti serie comprobatur. Legitur enim in primo d. libro Regum, quod Anna detulit seculo

a Tit. 6. b al. detegitur. c al. in simphum. d r. Reg. d. Samue.



Samuelem, postquam ablatatus fuerat, in tribus vitulis, & tribus
mediis farina, & amphora vini ad domum Domini in Silo: **¶** In
adibus a vero Apostolorum legitur, quod multitudinu credenti-
um erat cor unum, & anima una: nec aliquid eorum, que posside-
bant, quæquam proprium esse dicebat: sed erant illi omnia com-
munia, & singuli vendebant prædia sua, & ponebant pretia eorum
ante pedes Apostolorum: quorum unus, Ananias b nomine, dum
partem sibi reservaret, cum uxore sua Sapphira, sententia maledi-
ctionis accepta, ante pedes Apostolorum cecidit mortuus. **¶** Hinc li-
quid apparet, quod ingressuri monasterium sua debent offerre re-
sistorum: nec aliter sunt recipiendi, nisi sua obulerint. Sed ali-
ud est, sua sponte offerre, aliud, ex alia persolvere. Anna mater
Samueli non ex alia, neque petita, sed sponte munera sacerdoti-
bus obtulit. Credentes sua sponte offerrebant Apostolis, ut indi-
gentium necessitatibus deservirent, que instante persecutione infi-
delium, eis possidere non licebat: Ananias quoque non ideo dam-
natus est, quia sua sponte offerre: sed quia spiritui Sancto mentitus,
pretia eorum, que Apostolis obtulerat, ex parte vendidit. Non
ergo hu auctoritatem permittitur rectoribus ab ingressu aliquod
exigere, sed sponte oblata suscipere: quia illud damnabile est, hoc
vero minus.

C. I. **¶** Pro dedicandis ecclesiis nihil exi-
gatur.

Unde in concilio Bracaren. c. II. cap. 5.
legitur.

¶ Placuit, ut quoties ab aliquo fidelium ad consecran-
das ecclesias Episcopi invitentur, non quasi ex debito
munus aliquod a fundatore requirant: sed si ipse quidem
aliquid ex suo voto obulerit, non respiciatur: si vero
aut paupertas illum, aut necessitas retinet, nihil exigatur
ab illo: Hoc tamen unumquodque Episcoporum memine-
rit, ut non prius dedicit ecclesiam, nisi antea dotem ba-
silicæ & obsequium ipsius perdonationem chartula con-
firmatum recipiat. Nam non levis culpa est ista te-
meritas, si sine luminariis, vel sine substantiali sustenta-
tione eorum, qui ibidem serviuntur sunt: tanquam do-
mus privata consecratur ecclesie.

C. II. **¶** Ab iis, qui ad conversionem accedunt,
nihil est exigendum, nec pretio aliquo
ad conversionem est invi-
tandus.

Item Bonifacius urbis Romæ Episcopus scribit
omnibus Caraltrana ecclesie con-
victis.

¶ Quæ pio mentis affectu, fratres charissimè, vestra
acquisitioni Romana compatiatur ecclesia, vobis
fortassis est incognitum, sed cognitori omnium non in-
cognitum habetur. Dubitationi autem vestræ quod
idoneum demus responsum, Deum testificor, ipsa quoque
me dubitatio reddidit anxium, & ineptum. Nusquam
enim legitimus Domini discipulos, vel eorum ministe-
rio conversos quempiam ad Dei cultum aliquo mune-
ris intervenu provocasse: nisi forte de pauperum ali-
mento quis inconvicem proponat, quorum nulli, cu-
juscumque professionis esset, victualia negabantur. Sci-
mus & equidem, quod omne datum optatum, & om-
ne donum perfectum desinitum est descendens à patre
luminum, à quo bonæ voluntatis donum accipit, qui
sancto deliberationis arbitrio gratis Deo servitè dispo-
nit: Redat ergo, ut qui pro aliqua ecclesiastica susce-
ptione munus accipit, donum Dei, quod à patre lumi-
num descendere debuit, vendat: munus autem largiens
importunus emat. Quid autem de divini doni vendi-
toribus, vel emptoribus consequatur, concludi necesse

a. Ath. 4. b. Ath. 5. c. in V. Vormac. cap. 3. ser. idem.
d. Burch. 1. 3. 37. Ivo p. 3. c. 42. e. al. confirmatam. f. al. nun-
quam. g. lac. 1.

non est. **¶** Cavete ergo fratres, quam sit ambiguum
quod petiistis consilium, quod quidem secundum vestræ
voluntatis propositum nulla invenimus ratione confir-
matum. Veruntamen, si vestræ necessitati adeo est op-
portunus, quem reperistis, dum tamen omnis abite
pactio, omnis cesset conventio, nullaque vestræ ecclie
fiat distractio, accedat gratis Deo servitè incipiat, sui-
que regiminis devotè gestet obsequium: & postmodum vos
quali subsidii gratia, aliqua sua ecclie munera largiri
fratrum solatio Romana permittit ecclesia.

¶ B. Thomas citat hoc cap. 2. 2. quæst. 100. in fine articuli tertii:
& rem; quam ibi tractat, sola hujus capiti auctoritate constituit.

C. III. **¶** De eodem. PALEA.
[Unde Urbanus Papa in concilio apud
Melfian. c. 12.]

¶ Nullus b abbas pretium sumere, vel exigere ab eis,
qui ad conversionem veniunt, aliqua pacti & occa-
sione præsumat. Regulam antiquam sequens, nulli un-
quam de ordinationibus aliquid omnino accipiendum
esse constituit; neque ex datione pallii, neque ex traditio-
ne chartarum, neque ex ea, quam nova per ambitionem si-
mulatio invenit, appellatio ne pastelli. Quia enim i
ordinando Episcopo Pontifex manum imponit, Evange-
licam lectionem minister legit, confirmationis autem ejus
epistolam notarius scribit.

¶ In nonnullis vetustis exemplaribus, in quibus pauca sunt pa-
lea, habetur caput hoc usque ad vers. Regulam. Reliqua vero sunt
B. Gregorii loci indicati.

¶ Quia enim] In plerisque exemplaribus, que habent
hanc paleam non sunt ista duo voces: Verum apud B. Gregori-
um leguntur, quoniam pendet adhuc oratio, & coniungitur cum
iis, que in sequenti capite afferuntur, hoc modo. Quia enim
ordinando Episcopo Pontifex manum imponit, Evan-
gelicam lectionem minister legit, confirmationis autem
ejus epistolam notarius scribit, sicut Pontificem non
debet, &c.

C. IV. **¶** Ab ordinando non debet aliquid exigere,
sed nec voluntarie oblata ressu-
cipere.

Item Gregorius in Regesti lib. 4. epist. 44. sive
cap. 88. in synodo Romæ habita.

¶ Sicut d. Episcopum non decet manum, quam im-
ponit, vendere, ita minister, vel notarius non debet
in ordinatione ejus vocem suam, vel salarium venun-
dare. **¶** paulo post. **¶** Is autem, qui ordinatus fuerit,
si non ex placito e, neque exactus, neque petitus, post
acceptas chartas, & pallium, aliquid cuilibet ex clero,
gratis tantummodo causa, dare voluerit: hoc accipi
nullo modo prohibemus: quia ejus oblatio nullam
culpæ maculam ingerit, quæ non ex ambientis petiti-
one processit.

¶ Auctoritate Bonifacii patenter ostenditur, quod sicut nullus pretio
est invitandus ad conversionem, ita nulli pecunia interventus, eccle-
sia largiri oportet ingressum. Auctoritate vero Gregorii datus in-
telligi, quod pro ingressu ecclesie non licet pecuniam exigere, sed spon-
taneè oblatam licet suscipere.

¶ Item apponitur illud Apostoli 1. ad Timotheum,
cap. 3.

C. V.

¶ Multas honora, quæ vere viduæ sunt. [Quæ autem
non sunt vere viduæ, id est, quæ suis, vel parentum opibus sus-
sistentari possunt, non recipiuntur,] ut Ecclesia sufficiat iis, quæ vere
viduæ sunt.

a. al. epist. b. Anselm. lib. 6. cap. 97. Pann. lib. 3. tit. 2. c. 7.
Ivo part. 3. cap. 109. Poly. lib. 2. tit. 1. B. Gregorius lib. 4. epist. 44. &
lib. 12. post epist. c. placit. orig. d. extra. de simonia. cap. 1.
Poly. Anselm. ibid. Ivo. e. al. pacto. f. ex accipiente ambur-
um processit. orig.



Caput hoc in multis vetustis codicibus est coniunctum simoniae.

C. VI. Qui sumptibus propriis sustentari possunt, ab ecclesia stipendia non accipiunt.

Item Hieronymus ad Damasum Papam.

Clericos autem illos convenit ecclesie stipendiis sustentari, quibus parentum & propinquorum nulla suffragantur bona. Qui autem bonis parentum, & opibus suis sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profecto committunt, & per abusionem talium, iudicium sibi manducant & bibunt.

Infrā etiam 10. quasi. 1. cap. fin. citatur ex Hieronymo. Ac similia habentur in regula monachorum ex dicto Hieronymo, in cap. de pauperitate. Et in glossa ordinaria ad c. 5. prima ad Timotheum, ex Hieronymo.

C. VII. Quibus sua sufficiunt, ecclesia alimentum non sustententur.

Item Prosper de contemplativa vita, lib. 2. cap. 9. & 10.

Pastor & Ecclesie iis, quibus sua sufficiunt, non debet aliquid erogare, quando nihil aliud sit habentibus dare, quam perdere. Nec illi, qui sua possidentes dari sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo, unde pauper victurus erat, accipiunt. De clericis quidem dicit per Prophetam & Spiritus Sanctus [Peccata populi mei comedunt]. Sed sicut nihil habentes proprium, non peccata, sed alimenta, quibus indigere videntur, accipiunt; ita possessores non alimenta, quibus abundant, sed aliena peccata suscipiunt.

Verum, hi auctoritatibus prohibentur ab ecclesia suscipi, non illi, qui quandam fuerunt divites, postea vero omnia reliquerunt, ut dicit Petrus, & Matthaeus, & Paulus; aut pauperibus distribuunt, ut Zachaeus; & sua ecclesie rebus adiunxerunt, sicut illi F, qui pradia sua vendentes, ponebant preta ante pedes Apostolorum, ut essent omnia communia: sed illi, qui in domibus parentum resident, vel sua relinquere nolentes, ecclesiasticis facultatibus pacis desiderant.

C. VIII. Qui sua relinquere non vult, non debet sumptibus ecclesie sustentari.

De quibus in eodem libro Prosperi, cap. 10. subijciuntur.

Si quis propter hoc non vult sua relinquere, ut habeat unde vivat, ut quid accipit unde rationem reddat? ut quid peccatis alienis sua multiplicat? Idem ibidem paulo superius. Non est meum dicere, quali peccato cibos pauperum praesumendo suscipiunt, qui ecclesiam, quam juvare de propriis facultatibus debuerant, suis expensis insuper gravant, propter hoc fortassis in congregatione viventes, ne aliquos pauperes paucant, ne advenientes excipiant, aut ne suum censum expensis quotidianis imminuant. Quod si aliquid de fructibus suis ecclesie, velut pro ipsa expensa sua contulerint, non se praferant inani iactantia illis, quos nihil habentes pascit & vestit ecclesia, quia perfectior est ille, qui se mundi rebus expoliat, aut b qui eam nihil habuerit, nec habere desiderat, quam ille, qui ex multis quae possidet, ecclesie aliquid praestat, ac se de eo quod praestiterit fortitan iactat.

Ecce, qui prohibentur ab ecclesia suscipi. Illi vero, qui omnia sua relinquunt, vel pauperibus distribuunt, vel ecclesie rebus adiungunt, & ab ecclesia laudabiliter suscipiendi sunt, & eius opibus sustentandi.

a 10. quasi. 1. cap. fin. b In concil. Aquilgr. cap. 107. Prosper. ibidem cap. 10. c Ose. 4. d Matt. 4. e Luc. 19. f Abd. 4. g In concil. Aquilgr. ibid. h al. &

C. IX. Qui sua relinquunt, vel pauperibus distribuunt, vel ecclesie rebus adiungunt, laudabiliter ecclesiastica disponant.

Unde in eodem libro a, cap. 11. legitur.

Sacerdos, cui dispensationis cura commissa est, non solum sine cupiditate, sed etiam cum laude pietatis accipit a populo dispensanda, & fideliter dispensanda: quia omnia sua aut parentibus i reliquit, aut pauperibus distribuit, aut ecclesie rebus adiunxit, & in numero pauperum, paupertatis amore, constituit, ut unde pauperibus subministrat, inde & ipse tanquam pauper voluntarius vivat. Clerici quoque, quos pauperes aut voluntas, aut nativitas fecit, cum perfectione virtutis, vita necessaria sive in domibus suis, sive in congregatione viventes accipiant: quia ad ea accipienda eos habendi ducit cupiditas, sed cogit vivendi necessitas. Infrā b cap. 14. ¶ De talibus dicere videtur Augustinus c [Qui in sacratio operantur, quae de sacratio sunt edunt, & qui in altario deserviunt, cum altario parant.] Qui nisi hoc de contemptioribus facultatibus rum vellet intelligi, nunquam secutus adjungeret: ¶ & Deus ordinavit, his, qui Evangelium annuntiant, Evangelio vivere.] De Evangelio vivunt, qui nihil proprium habere volunt, qui nec habent, nec habere aliquid concupiscunt, non suorum, sed communium possessores. Quid est aliud de Evangelio vivere, nisi laborare, inde, ubi laborat, necessaria vitae percipere? Apostolus tamen, qui sic Evangelium predicavit, ut nec de Evangelio viveret, sed necessaria sibi suis manibus ministraret, de se confidenter eloquitur. [Ego autem nullorum usus sum.] Et quare hoc dixerit, secutus aperit dicens. [Expediit mihi mori magis, quam ut gloriam meam quis evacuet.] Evacuat dicit gloriam suam, quibus quibus predicabat, voluisset accipere vitae temporis a expensam. Nolebat quippe in representati laboris sui fructum, sed in futuro recipere.

¶ Aut parentibus] In aliquot manuscriptis Gratiani legitur, aut pauperibus reliquit. in vetusto autem Prosperi dice, & in concilio Aquilgraniensi legitur, quia omnia sua reliquit aut ecclesie rebus adiunxit. Sed quoniam multa exemplaria Gratiani & Prosperi habent vulgatum lecturam, non est mutatum.

C. X. Intra meritum laboris, ecclesiastica stipendia sacerdotes distribuunt.

Item ex concilio Agathensi, cap. 36.

Clerici omnes, qui ecclesie fideliter, vigilantiterque deserviunt, stipendia sanctis laboribus debita secundum meritum sui meriti per ordinacionem canonice a sacerdotibus consequantur.

Multorum i auctoritatibus luce clarior constat, quod ad inopiam monasterium non licet pecuniam exigere, ne & ille qui exigit, & ille qui solvit, simoniae crimen incurrat.

¶ Multorum] In vulgatis codicibus huius & Multorum praeponebatur hic titulus. Item ex concilio Urbani Papa habito Alverniae: qui sublati est, quoniam abest ab omnibus vetustis exemplaribus collatis, & in plerisque huius est innotuit quoniam tertiae questionis.

QUESTIO III.

Sed adhuc obijciunt, quod qui ingressi monasterium pro cunctis tribuunt, non propositum religionis, sed partem suam stipendiorum ecclesie emunt. Temporalia ergo non spiritualia ementes, nequaquam simoniaci habendi sunt. ¶ Huiusmodi respondetur. Non solum, qui spiritualia sed etiam, qui temporalia emunt.

a Et in Aquilgr. c. 108. b In Aquilgr. c. 111. c i. Cor. 4. d al. corporalis. e al. vel.



eo pretio accipiunt, vel tribuunt a, simoniae iudicantur. Vnde Malactias b loquens ex persona Domini [Quis est, inquit, in vobis, qui claudat ostia, & munit altare vestrum graturo? Non est mihi volutus in vobis, dicit Dominus exercituum, & minus non suscipiam de manu vestra.] Ostia claudere non est sacri muneris officium, sed tantum sibi adiunctum.

C. I. ¶ Deus, qui sacrorum ordinum munerum accipiunt diffusi.

Item Gregorius scribit universis Episcopis Hispanis.

Advidimus dilectissimi, quod nos audisse oportuit, sed audisse profecto non libuit: quosdam scilicet esse sacrorum ordinum professores, qui sub munere datione, vel accensione, Dei ecclesias, vel earum sibi beneficia usurpant. Quod quidem scelus vos non iam dudum acriter cortexisse vehementer admiramur. Iuste enim utique corrigendus est, & sancta liminibus ecclesie submovendus, & qui per ecclesiam ambitu munera largitur, & qui ut ecclesiam adeat, quidquam praesumit accipere. Ille quippe domum Dei emere, hic autem praesumit vendere. A sacro quoque hoc facinus non distat dixerim: cum id, quod sponte & sacro deliberationis arbitrio gratis fieri debuit, sub pecunia potione causatur. Quare, fratres charissimi, quae taliter facta sunt, curiose refellite, infecta prohibete, vestrisque iussionibus resistentes digno anathematis vinculo precutere non dubitate.

C. II. ¶ Deus, qui ecclesias, vel ecclesiastica vendunt.

Item Rothomagensis Episcopi, & Galliarum omnibus.

Si quis datur, vel acceptor, Dei ecclesias, vel ecclesiastica beneficia (quae quidam praebendas vocant) sub pecunia interventu susceperit, sive dando emerit, sive accipiendo vendiderit, a simonia non excluditur perditione. Sed si perseverans fuerit, perpetua multetur damnatione. Nam qui sub religionis obtentu Deo famulari voluerit, si quid accipit, & meritum perdit, & beneficio accepto frustratur. Rationis ergo vigore cogitur, quod iniuste receperit, restituere, & quidquid turpis lucri gratia receperat, non tenere.

C. III. ¶ Ab officio suspendatur Episcopus beneficia, vel ecclesiastica officia vendunt.

Item Gregorius VII. Papa lib. 6. reg. in synodo, cap. 4.

Si quis Episcopus praebendas, Archidiaconatus, praepositorum, vel aliqua ecclesiastica officia vendiderit, vel aliter, quam statuta sanctorum Patrum praecipunt, ordinaverit, ab ecclesiae officio suspendatur. Dignum est enim, ut si quis gratis Episcopatum accepit, ita membra eiusdem Episcopatus gratis distribuatur.

C. IV. ¶ Nec altaria, nec praebendas Episcopum vendere licet.

Item ex concilio Urbani Papae habito Alvernia.

Quisquam est de Episcopis, qui altaria monasteriorum data frequenter redimi compellebant pecunia: quia quidam simoniae pravitatis usus in Galliarum partibus iam diutius inolevit, ut ecclesiae, vel decimae (quae vulgari vocabulo apud eos altaria nuncupantur) monasteriis datae, saepius ab Episcopis sub palliata avaritia vendantur; mortuis nimirum, seu mutatis clericis, quos personas d. vocant. Nos autem Deo venalitatem omnem tam ex rebus, quam ex ministeriis ecclesiasticis propellentes, hoc ulterius fieri auctoritate Apostolica prohibemus, sicut etiam praebendas omnes vendendas interdiciamus. Porro quaecunque altaria, vel

a Haec vocat [vel tribuunt] absunt a plerisque mssis, b. Mad. c. Polya. l. 2. tit. 4. d. al. personarum.

decimas ab annis triginta, & supra, sub huiusmodi redemptione possidere monasteria noscuntur, quiete deinceps, & sine molestia qualibet eis possidenda firmamus. ¶ Salvo utique Episcoporum censu annuo, quem ex eisdem altaribus habere soliti sunt.

¶ In summo capitulorum concilio Clarentonsis habito Alvernia (de quibus supra ad cap. 1. distinct. 60. dictum est) cap. 6. haec leguntur, quae ad caput hoc videntur spectare. Ut altaria congregationibus canonicorum vel monachorum per personas data; mortuis personis, libera redeant in manus Episcoporum, nisi fuerint illis per eorum scripta, vel privilegia confirmata.

C. V. ¶ Quidquid data vel promissa pecunia in sacro ordine acquiratur, irritum habeatur.

Item 1 in concilio Placentino, c. 7. & 2.

EA quae a sanctis Patribus de simoniae statuta sunt, nos quoque, & iudicio Sancti Spiritus, & Apostolica auctoritate firmamus. Quidquid ergo vel in sacris ordinibus, vel in ecclesiasticis rebus, vel data, vel promissa pecunia acquisitum est, nos irritum esse, & nullas unquam vires habere censemus.

1 ¶ Antea legebatur, Item Gregorius. Sed in aliquot vestris rellis est, Idem, nimirum Urbanus I. in cuius synodo haec habentur:

C. VI. ¶ Quidquid possidetur, nomine pecunia intelligitur.

Item Augustinus de disciplina Christiana, vel de dno disciplinae, cap. 1. b.

TOTUM, quidquid homines possident in terra, omnia quorum Domini sunt, pecunia vocatur: servus sit, vas, ager, arbor, pecus, quidquid horum est, pecunia dicitur. ¶ Infra. ¶ Ideo autem pecunia vocata est, quia antiqui totum, quod habebant, in pecoribus habebant.

C. VII. ¶ Quae ecclesiastica beneficia emeritis, ecclesias quoque emere prohibetur.

Item Paschalis Papa.

SI quis obierit non consecrationes emi, sed res ipsas, quae ex consecratione proveniunt, penitus desipere probatur. Nam cum corporalis ecclesia, aut Episcopus, aut Abbas, aut tale aliquid sine rebus corporalibus in nullo proficiat, sicut nec anima sine corpore corporaliter vivit, qui quis horum alterum vendit, sine quo nec alterum provenit, neutrum invendum derelinquit. Nullus igitur emat ecclesiam, vel praebendam, vel aliquid ecclesiasticum: nec passellum, nec passum antea vel postea pro huiusmodi solvat.

1 ¶ Penitus [Desiderat] Anselmus legitur, videtur quidem aliquid dicere, nihil autem penitus sapere.

2 ¶ Corporalis ecclesia [Desiderat] sic habet, cum corporalis ecclesia Episcopus, vel Abbas sine rebus, &c. Reliqui collectores, & vestri codices Gratiani concordant cum vulgata Lectione.

3 ¶ Nullas igitur [Desiderat] Polycarpus, l. 6. & codex manuscriptorum Decretorum Pontificum (in quo integra fere Paschalis epistola, unde caput hoc acceptum est, refertur) non habent haec verba; sed post verbum, derelinquit, continenter subiungunt, Quam tamen objectionem facit Chalcedonensis canon penitus exterminat, &c. Auctor veridicus caput, actorius huius epistola est Paschalis primus. Nam in eo decretorum codice haec epistola Paschali est post decreta Hadriani I. cum decreta Paschali secuntur sine post Urbanum secundum, ea plane ordinata, quo sibi successerunt: quod etiam ex sequenti capite indicatur.

a al. data, vel accepta, vel promissa. b. C. 2. c. Desiderat part. 2. Magister lib. 4. distinct. 23. Polycarp. lib. 7. titul. 65. Anselmus lib. 13. capite 23. Ivo part. 2. cap. 24. Pannorm. lib. 30. capite 123.



C. VIII. ¶ De eodem.

Item Urbanus II. Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio L. a prapostio ecclesie Sancte Iuvenis apud Trimum, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Salvator b̄ pradicat in Evangelio ē circa finem saculi pseudochristos, & pseudoprophetas surgere, & multos seducere, & fideles suos in mundo multas habituros pressuras, sed tamen portas (quia ut ait Apostolus d̄ oportet hereses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant) oportet nos cum Propheta ē ex adverso conſurgere, & murum opponere pro domo Israel, & cum eodem Apostolo p̄ multas tribulationes intiare in regnum Dei: quoniam non s̄ sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. ¶ Igitur, quia innotuisti nobis, quod tibi obicitur, utrum vendere ecclesiasticam rem simoniacum sit, hoc simoniacum esse patenter colligitur ex hoc, quod beatus Apostolus Petrus ait b̄ Simoni. [Pecunia tua tecum sit in perditionem: quia existimasti donum Dei pecunia possideri.] Donum quippe Dei est Spiritus Sanctus, & donum Dei est res ipsi ecclesie oblata. Et si bene animadvertis, Simon magus, qui ad fidem sicte accessit non Spiritum Sanctum propter Spiritum Sanctum, quo ipse erat indignus (quoniam, ut scriptum est, Spiritus Sanctus disciplina effugiet fictum) sed ideo, quantum in ipso erat, emere voluit, ut ex venditione signorum quæ per eundem fierent, multiplicatam pecuniam lucraretur. Nec Apostolus emptionem Spiritus Sancti (quam bene fieri non posse noverat) sed ambitionem quæstus talis, & avaritiam, quæ est idolorum servitus, in eodem Simone exhorrui, & maledictionis jaculo perculit. Quisquis igitur res ecclesiasticas (quæ dona Dei sunt, quoniam a Deo fidelibus, & a fidelibus Deo donantur, quæ ab eodem gratis accipiuntur, & ideo gratis dari debent) propter sua lucra vendit, vel emit, cum eodem Simone donum Dei possideri pecunia existimat. Ideo qui easdem res non ad hoc, ad quod institutæ sunt, sed ad propria lucra munere linguæ, vel indebiti obsequii, vel pecunia largitur, vel adipiscitur, simoniacus est, cum principalis intentio Simonis fuerit sola pecunia avaritia, id est, idololatria, ut ait / Apostolus Paulus. Alioquin, cur sancta synodus Chalcedonensis D CXXX. Episcoporum *, procuratorem, vel defensorem Ecclesie, vel unquam regulæ subiectum adeo per pecuniam ordinari prohibet, ut interventores quoque tantis sceleris anathematizet, nisi quod eosdem simoniacos iudicat? Quod si præfati milites in ecclesie ob huiusmodi scelus taliter percelluntur, nemo sapiens negabit non militantes ecclesie multo damnabilius ob hanc causam, id est, emptionis vel venditionis, debere percelli. Sed & beatus prædecessor noster Paschalis 2. de consecratione affirmat, quod quisquis n̄ eorum alterum vendiderit, sine quo alterum non provenit, neutrum inventum derelinquit: ac per hoc eum, qui rem ecclesie vendit vel emit, simoniacum esse intelligitur o. Nominè verò procuratoris intelligit præfata synodus quemlibet ecclesiasticarum rerum administratorem, ut verbi gratia, prapostitum, teconomum, vicedominum: defensoris nomine advocatum, sive castaldum, & iudicem: in subiecto verò regulæ, Archipresbyterum, Archidiaconum, Canonicum, Monachum, vel quemlibet ecclesiastico mancipatum officio. Quod verò Spiritum Sanctum,

a Lucio. Anselm. Deusdedit p. 2. Anselm. lib. 5. cap. 47.
b Math. 24. d 1. Corinth. 11. e Ezech. 13. f Act. 14.
g Rom. 8. h Act. 1. i Sap. 1. k infra cap. res ecclesie. 12.
l Coloss. * C. 2. m ad. militantes. n Sup. ead. cap. si quis. 2.
o al. intelligit.

quantum in seest, vendat vel emit, qui prapostitum vel aliquid huiusmodi vendit vel emit, ait Augustinum a super Ioannem. [O quot 3 prapostituras fecerunt. Alterum prapostitum habet Carthagine Primianus, alterum habet Maximianus, alterum habet in Mauritania Rogatus, alterum habent in Numidia Illi & illi quos jam nec nominare sufficimus. Circuit ergo alicuius emere columbam b̄: unusquisque laudat prapostituras suam, quod vendit, &c.] Ecce venerabilis Augustinus prapostituras distractione agens, nomine columbarum b̄ Spiritus venditionem vel emptionem accipit, sicut & omnes huius Evangelici capituli tractatores. Præstandum verò est, quomodo negotiationis, & speluncæ & ecclesie suæ oblata vendunt vel emunt, si cum flagellis a Deo templo eieci sunt, qui quæ Deo erant offerenda, vendebant vel emebant. Si de offerendorum venditoribus vel emptoribus dictum e est: Vos fecistis domum patris mei, domum negotiationis, & speluncam latronum, quid dicitur de ecclesie iam oblatorum venditoribus vel emptoribus? Et ne quis sanus obicit merito hoc Dominum tam acerbe vindicasse, quia in illa in Deo templo vendebantur; ecclesiasticæ verò modo extra templum; attende superius Augustinus non determinantem locum venditionis vel emptionis prapostitorum, sed tantum indefinitè dicentem [Cum aliquis emere columbam, unusquisque prapostituras laudat, quod vendit] non adiciens, in templo, vel extra templum. Hæc circa venditores vel emptores tantum dicendum sufficit.

¶ In eadem epistola Urbani II. dilecto filio L. prapostituras b̄. Iuvenis apud Trimum refert Deusdedit in sua collectione.

1 ¶ Propter Spiritum Sanctum] Adhuc sunt haec dicitur, & totus hic locus emendatus ex ipsa epistola, quemadmodum & alia nonnulla.

2 ¶ Paschalis] Ante legatur, Paschalis libro de consecratione: restitutus autem est locus ex vetusta ecclesia & originali. Citatur enim hic, quod habetur in capite canonum ex epistola Paschalis Papæ.

3 ¶ O Quot prapostituras] Apud B. Augustinum in ius multi vetusti codices hoc loco collati sunt) legitur, o quot prapostita fecerunt: alterum prapostitum, &c. Apud Urbanum verò ubiq, est, proposita & prapostitum.

4 ¶ Prapostitum suum] Apud B. Augustinum dicitur unusquisque ad prapostitum suum laudat, quod vendit. In epistola verò Urbani, unusquisque prapostitum suum dicit, quod vendit. Nominè autem prapostitum apud B. Augustinum interdum significari solentam quandam constet ex 2. lib. canonum, cap. 56.

C. IX. ¶ Ministri, & servitores Ecclesie absque ulla venalitate ab Episcopo ordinantur.

Item Alexander II. Episcopus servus servorum Dei, Lucensis ecclesie clero & populo salutem perpetuam.

Extra vestram ecclesiam inolevisse cognovimus, ut nulli unquam clerico, quamvis religioso, quamvis scientia & moribus prædito ecclesiasticum beneficium concederetur, nisi ei qui profano pecunia munere illud errore studivisset: sicbatque ecclesia & res eius ita venale veluti quadam terrena & vilis merx, a negotiatoribus ad vendendum exposita. Quod malum quam detestabile, quantum Deo, sanctisque; ut contrarium, & sacri canonibus docent, & ferè omnibus manifestum existit. ¶ Chalcedonense e namque concilium, unum ex principibus simili poena condemnat eos, qui ecclesie beneficia

a Tract. 10. in c. 2. Ioannis. b Ioan. 2. c Mart. 11. d Deusdedit p. 2. e C. 2. sup. ead. quest. 3. cap. si quis Episcopus.



terventu pecunie acquirunt, & eos, qui sacram manus impositionem (per quam Spiritus Sanctus confertur) metari dignoscuntur. Vtrosque enim auctoritate inextinguibili, illos a beneficio, istos a sacro ordine jubet expelli. Vnde humani generis redemptor omnes ementes & vendentes de templo ejiciens, cathedras vendentium columbas evertit, numulariorum effudit es, præcepti sui auctoritate denunciatis, & dicens a [Nolite facere domum patris mei domum negotiationis.] Illud quoque in eodem facto sollicitè considerate, quod per eorum textum sancti Evangelii nusquam reperitur Dominum tanta severitate, tam districta censura justitiae peccantes corripuisse, cum non solum eloquio increpans, verum etiam facto flagello b de funiculis verberans omnes eliminavit de templo: aperte demonstrans, quod tales negotiatores, non sicut ceteri peccatores sunt corripendi, sed a templo Dei id est, a sancta ecclesia longius sunt projiciendi. Nam sicut per columbarum venditores illi denotantur, qui sacram manus impositionem vendere conantur; sic per numularios, ecclesiastici beneficii venditores designantur, quæ domum Dei, teste Evangelio, speluncam latronum efficiunt. Quapropter c Alexander sanctæ Romanæ ecclesiæ & Apostolicæ sedis Episcopus. (imò minister indignus) tot & tanta mala in multis ecclesiis, & maxime in Lucensi ecclesiâ, ex e iniqua concupiscentia fieri conspiciens, nefanguis iniquorum a districto iudice de manu nostra requiratur, illa extirpare, & penitus eradicare decrevimus. Constituimus itaque, & præsentis decreto firmamus (sicut olim nostri prædecessores fecisse noscuntur) ut nullus deinceps Episcoporum, beneficium ecclesiæ, quod quidam canonicam d, vel præbendam, seu etiam ordines e vocant) pro aliquo pretio, vel munere clericis audeat unquam conferre: sed omnes ministros, & servitores ecclesiæ gratis, & absque ulla venalitate in sancta ecclesiâ studeant ordinare. Nec eligant in domo Domini, qui majores saculos pecunie conferant, sed eos qui moribus & disciplina atque scientia divites, pro officio suo ipsam valeant sustentare ecclesiâ. Constituimus, & eodem modo firmamus, ut nullus ejuſcujusq; gradus clericus pro ecclesiæ beneficio aliquid audeat conferre, aut fabricæ ecclesiæ, vel donariis ecclesiæ, seu etiam quod pauperibus sit tribuendum, quia (teste scriptura f) qui si aliquid male accipit, ut quasi bene dispenderit, potius gravatur, quam juvatur. Quod si aliquis divinorum præceptorum, & animarum salutis immemor, præfatum beneficium ecclesiæ, iniqua cupiditate ductus vendere vel emere temerario ausu præsumpserit, sicut in Chalcædonensi concilio definitum est, gradus sui periculo eum subiacere decernimus: nec ministrare possit ecclesiæ, quâ pecunia venalem fieri concupivit, & insuper terribili anathematis nuere percussus (nisi resipuerit) ab ecclesiâ Dei, quam læsit, modis omnibus abscindatur.

g. Exat integra hæc epistola in bibliotheca Vaticana post librum Anselmi Lucensi.

h. Teste scriptura i. Hic referuntur verba ipsa beati Gregorii ex epistola ad Cyprianum, quæ habentur, sup. eadem quæst. i. c. non est putanda.

C. X. ¶ Qui dona Dei vendunt vel emant, peccant a Deo damnantur.

Item Gregorius Homilia xxxix.

Vendentes g & ementes templo eliminat Christus, quia vel eos qui pro munere impositionem manuum tribuunt, vel eos qui donum Spiritus emere nituntur damnat. Item infra. ¶ Vendentes in templo sunt, qui hæc, quod quibusdam jure competit, ad premium lar-

a. Math. 21. b. Joan. 2. c. Ezechiel. 3. d. al. canonicas. e. al. ordinariorum. f. sup. ead. q. 1. c. non est putanda. 27. g. Ivo p. 5. c. 61. Pann. l. 3. c. 119.

giuntur. Iustitiam enim vendere, est hanc pro pramio acceptione a servare. Ementes vero in templo sunt, qui dum hoc persolvere proximo, quod justum est, nolunt, dumq; rem jure debitam facere contemnunt, dato patris pretio b emunt peccatum.

C. XI. ¶ Qui gratiam, quam a Deo accipiunt, non gratis exercent, venditores columbarum sunt.

Item Beda ad cap. 2. Joannis.

Non e solum venditores sunt columbarum, & domum Dei faciunt domum negotiationis, qui sacros ordines, largiendo pretium pecunie, vel laudis, vel etiam honoris inquirunt, verum in quoq; qui gradum vel gratiam in ecclesia spirituales, quam Domino largiente pereperunt, non simplici intentione, sed cujuslibet humane causæ retributionis exercent; contra illud Petri d Apostoli. [Qui loquitur, quasi sermones Dei: qui ministrat, tanquam ex virtute, quam administrat Deus, ut in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum.] Quicunq; ergo tales sunt, si nolunt veniente Domino de ecclesiâ auferri, auferant ista de aedibus suis, ne faciant domum Dei, domum negotiationis.

C. XII. ¶ Quæ ex consecratione proveniunt, in suum jus, vel munere nemo convertat.

Item ex epistola Urbani Papæ.

Res ecclesiæ, quæ ex consecratione proveniunt, in suum jus, vel vi, vel aliquo munere aliquem convertere non debent, docens sanctus Urbanus e ait, [Quisquis i res ecclesiasticas (quæ dona Dei sunt, quoniam a Deo fidelibus, & a fidelibus Deo donantur, quæque ab eodem gratis accipiuntur, & ideo gratis dari debent) propter sua lucra vendit, vel emit, cum eodem Simone donum Dei pecunia possideri existimat.]

i. ¶ Qui quis] Hæc sunt ex epistola Urbani II. Quæ refertur sup. c. salvator. Verba autem antecedentia nusquam reperita sunt: quævis similia quadam, d. i. simili tamen sententia, legantur in epistola B. Urbani I. In aliquot vetustis Gratiani exemplaribus caput hoc sic citatur. Item Beda ex epistola Urbani Papæ: quod non eohæret.

C. XIII. ¶ Simoniacus est Episcopus, qui decimas & oblationes laicis, non clericis distribuit.

Item Gregorius VII.

Pervenit f ad nos fama sinistra, quod quidam Episcoporum non sacerdotibus propriae diocesis decimas atque Christianorum oblationes conferant, sed potius laicis personis, militum videlicet, sive servitorum, vel (quod gravius est) consanguineis. Vnde si quis amodo Episcopus inventus fuerit hujus divini præcepti transgressor, inter maximos hæreticos, & inter Antichristos non minimus habeatur: & sicut Nicæna synodus de simoniaco censuit, & qui dat Episcopus, & qui recipiunt ab eo laici sive pretio, sive beneficio, aeterni incendii ignibus deputentur.

¶ Infra etiam 16. quæst. 7. per venit. citatur caput hoc ex Gregorio. Ad sancti Lambertus Schafsburgensis mariti Episcopum quendam Bambergensem, ecclesiam illam contra excommunicationem, & privationem Gregorius VII. favore militum, quibus multa largiebatur, per aliquod tempus retinuisse, & in ipsius Gregorii regesto lib. 6. epist. 5. simile quiddam reprehenditur in Germano Episcopo Metensi.

C. XIV. ¶ Spiritum Sanctum vendit, qui decimas pro pecunia tribuit.

Item Paschalis II.

Altare g & decimas per pecuniam dare, & Spiritum

a. al. acceptione. b. al. pramio. c. Ivo p. 5. cap. 97. Pann. l. 3. c. 124. d. 1. Pet. 2. e. 7. ead. cap. salvator. d. f. Infra 16. q. 7. c. per venit. Polyg. l. 4. tit. 11. g. Polyg. l. 3. tit. 115.



sanctum vendere, simoniacam heresim esse nullis fidelium ignorat.

¶ *Supra ead. q. 1. c. Presbyter. hoc idem tribuitur Gregorio quod hic Paschali secundo. Et fuisse Paschali hoc, ut multa alia, accepit a Gregorio VII. qui ipse innovavit. In Polycarpo lib. 3. tit. 11. citatur ex concilio Toletano.*

C. XV. ¶ *Caveat honore male acquisito, qui ecclesiastica beneficia pro pecunia invenire tentaverit.*

Item Innocentius II. in synodo Romana, cap. 2.

SI quis prebendas, vel prioratum, seu decanatum, aut honorem, vel promotionem aliquam ecclesiasticam, seu quodlibet sacramentum ecclesiasticum, utpote christiana, vel oleum sanctum & consecrationes altarium, vel ecclesiarum, interveniente execrabili avaritia per pecuniam comparaverit, honore male acquisito careat, & emptor atque venditor, & interventor nota infamia percussantur: & nec pro pallo, nec sub obtentu alicujus consuetudinis ante vel post a quoquam aliquid exigatur, vel ipse dare praesumat, quoniam simoniacum est: sed libere, & absque diminutione aliqua, collata sibi dignitate atque beneficio, i. perfruatur.

¶ *Beneficio] Ex duobus manifestis huius concilii exemplaribus in uno sic legitur in altero vero officio.*

De secunda & tertia questione quid sacri canonis diffiniant, auctoritatibus hinc inde in medium deductis patefactum est.

QVÆSTIO IV.

Nunc ergo de quarta questione est pertractandum, an paternum crimen huic imputetur, quod eo ignorante constat admissum. Quod ignorantia huic excuset, multorum auctoritatibus probatur.

C. I. ¶ *Alienam crimen nescientem non maculat.*

Aut enim Augustinus, epist. 43. ad Vincentium.

Nvllius crimen maculat nescientem.

C. II. ¶ *De eodem. Item in epistola.*

Quis locus innocentia relinquitur, si alienum crimen maculat nescientem?

¶ *Verba B. Augustini sunt haec: Quis locus innocentia relevatur, si crimen est proprium, nec ire alienum?*

C. III. ¶ *De infantibus qui ab haereticis baptizantur.*

Item in Africano b. concilio, c. 14. legitur.

Placuit e de infantibus, qui ab haereticis baptizantur, ne quod non suo fecerunt iudicio, cum ad ecclesiam Dei salubri proposito fuerint conversi, parentum illis error impediatur, quominus promoveantur sacri altaris ministri.

C. IV. ¶ *De eodem.*

Item in eodem, c. 24.

Qui d' apud Donatistas parvuli baptizati sunt, nondum scire valentes erroris eorum interitum, & posteaquam ad statum rationis capacem pervenerunt, agnita veritate, falsitatem eorum abhorrentes, ad ecclesiam Dei catholicam per universum mundum diffusam, ordine antiquo per manus impositionem recepti sunt, tales ad suscipiendum munus clericatus non debet impedire nomen erroris.

C. V. ¶ *Conspanguineorum maleficia in nullo clericali obstant nisi confici fuerint.*

Item Leo IV. e. Ebrunio, & Adelfrido Episcopo.

Quia praesulatus nostri (quod bene notis) magistrum non solum de sacerdotum, verum etiam de

a *Item lib. 8. cap. 19. ex Cabilonensi.* b *Et Carthag. 3. cap. 43.*
c *Paulo aliter in originali.* d *Deusdedit p. 2.* e *al. tertius.*

secularium utilitatis debet esse sollicitum; propterea fraternitatem vestram scire volumus, hanc praeterea fraternitatem ad sedem Apostolicam venisse, nobisque violentiam, & excommunicationem suam per orbem retulisse: quod etiam sine iusto legis tramite illi sua fuisset ablata ecclesia, similiter indicavit: quam illi dato munere sacerdos zelo ductus invidiis usurpasse praesumpserit. Inde parentes eius magno dolore compulsi Presbyterum illum, qui suam tenebat ecclesiam, comprehenderunt, & ei oculos eruerunt. Tamen ipse sepe dictus sacerdos dicit, quod absque sua voluntate, sine eius consilio hoc sit peccatum. Quod si ita est, ut nobis suo ore restatur est, nobis magnopere providendum est, ut si ipse canonicè excommunicatus non est, canonica super eum fiat remissio.

C. VI.

Digestu a tit. de poenis, l. crimon.

Crimen, vel poena paterna nullam maculam filio affigere potest. Namque unusquisque ex suo delicto forti subicitur, nec alieni criminis lucellos condidit. Idque divi Matres Hierapolitanis rescripserunt.

C. VII. ¶ *Tersidus parentum filius obesse non debet.*

Item ex concilio Toletano IV. c. 69.

Iudaei baptizati, si postea pravariantes in Christo, qualibet poena damnati extiterint, a rebus eorum filios excludi non oportebit: quia scriptum est filium non portabit iniquitatem patris.]

C. VIII. ¶ *Non imputantur peccata parentum, qui ab ea personaliter divisi praeviantur.*

Item Augustinus ad Bonifacium, epist. 23.

Iam e itaque cum homo in seipso est, ab eo, qui genuit eum, alter effectus, peccato alterius sine sua confessione non tenetur obnoxius. Traxit ergo reatum, qui unus erat cum illo, & in illo, a quo traxit, quando, quod traxit, admissum est. Non autem trahit alter ab altero, quando sua unoquoque propria vita vivente iam illi non dicatur [Anima, quae peccaverit, ipsa morietur.] Non autem possit regenerari per officium voluntatis alienae, cum offerretur consecrandus, facit hoc unus spiritus, quo regeneratur oblatus.

C. IX. ¶ *Ei qui emittitur impietas alterius nocet.*

Hinc etiam Gregorius in lib. 26. Moralium, cap. 8. in cap. 31. lib.

Homini si, qui similis tui est, nocebit impietas tua, & filium hominis adjuvabit iustitia tua. Humana impietas ei nocet, quem pervertendo inquinat: & rursus eum adjuvat nostra iustitia, quem a pravitate nobis mutat. Nocere enim vel iurare nescimus, quae vel a bono corrumpere, vel a malo permutare non possunt.

Contra Dominus ad Moysen g: [Ego sum Deus zelotes, qui visito peccata patrum in filios usque in tertiam & quartam generationem.] licet non inaequalitate iudicii, sed magnitudine clementiae Augustinus asserit hoc dictum, ita dicens: [In tertia & quarta generatione peccatum patrum se Dominus comminatur in lege filiorum, non inaequalitate iudicii, ut alii peccent, ut alii puniantur, sed magnitudine clementiae: dum semper expectat ad peccatum eorum, quod in prima generatione delinquitur, non prius corrigi & cessare, nisi & tertia & quarta generatio venerit.] Cum ergo de baptizatu ab haereticis Innocentius h. scribit [Lex est ecclesiae, quae ab haereticis baptizati sunt, per manus impositionem laica sanctorum con-

a *Lib. 48. tit. 16. lib. 26.* b *Exch. 18.* c *1. p. 7. cap. 47.*
d *al. admittunt.* e *Exch. 18.* f *lib. cap. 31.* g *Exch. 18.*
h *sup. q. 1. c. ventum. 18.*



mauorem prabere, nec ex his aliquem in clericatus honorem, vel ex-ignam subrogare:] patet quod infantes, qui ab hereticis baptizati sunt, si excusati ignorantia, ut iuxta illud Africani a concilio ad suspensam de iurisdictione officium non eos impediatur nomen erroris.

C. X. De eodem.

Item Augustinus scribit ad Auxentium Episcopum, epist. 75.

Non imputantur filiis peccata parentum, que post eorum natiuitatem a parentibus committuntur: nec pro peccatis parentum spiritalis poena filii sunt ple-ctendi.

In aliquo versuti exemplaribus & caput hoc & sequentia usque ad finem questionis conuicta sunt superiori. Nam sententia hinc inde acceptis, ut si forte de suo (quod sepe facit) in huius Gratiani offert. Et huius quidem partis sententia est apud B. Augustinum loco indicato. Verba autem ipsa referuntur infra 24. q. 3. si habet.

Officio autem, vel beneficio ecclesie privari spiritalis poena est: non igitur hinc ex peccato patris promeretur filius. Item si excusatur, qui ignorauerit a simoniac ordinatur, ut sup. in cap. Verba legitur, & sic excusandus est, qui per ignorantiam simoniace ordinatur.

2 pars. Sed obicitur illud b Gregorii i.

Gregorii] In aliquo versuti uocibus legitur] Augustini. Anselmus uero citat ex Alexandrino secundo.

C. XI. Ecclesia, qua palliue consecratur.

Ecclesia, qua passione consecrata fuerit, potius excusata, quam consecrata dici debet.

Item peccato eorum thesauri Hiericho anathematizati leguntur. Vide Acham d, qui regulam auream, & quaedam alia precepta fuerat, de anathemate uoluit tulisse. Item peccato Amalechitarum, animalia eorum iussa sunt interfici: quibus quia Saul pepercit, audiuit a Samuele c. [Nescis, quia peccatum arri-landi est respingere, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere?]

Item peccato Aegyptiorum & possessione eorum grandine tradita, iunentis & primogenita eorum, morte consumpta sunt. Item peccato Israhelitarum, arca g Domini Philistis tradita est. Si ergo qua sepe carent, ut ecclesia, altare, arca Domini, lapides Hiericho, uel exeerantur, uel peccatoribus traduntur, uel anathematizantur, uel grandine devastantur, si ea, qua uim intelligen-tem non habent, ut animalia Aegyptiorum & Amalechitarum, peccata hominum perducuntur morte, patet quod nullum excusatur igno- rantia criminis, maxime cum ex eo utilitas destruat ignorantia: ueluti si quisquam de latrocinio & rapina filio suo ignoranti dros- rias cogeret, non excusatur filium ignorantia, quin post mortem pa- tris cogatur reddere male acquisita.

Item peccato Acham h plebi Israhelica in manibus hostium tradita est. Item peccato filiorum Heli i, populus in manu Philistinorum corruit. Peccato quoque plebi k elibi eorum sepe sunt impediti, & tandem cum in Prophecia dulti sunt cap. 17.

3 pars. Hu ita responderi. Infensibilia, & irrationalia peccata hominum uel exeerantur, uel anathematizantur, uel morte perducuntur, non participatione peccati, sed causa sacramenti, ut the- sauri Hiericho, & animalia Amalechitarum: Hiericho enim Lu- ma interpretatur, & significat mundum istum. Amalechite in- terpretantur litigentes sanguinem, & significat cupidos & auaros & damnos. Israhelice interpretantur uiri uidentes Deum, & si- gnificant multitudinem sanctorum. Lapides ergo & thesauri Hie- rico anathematizantur, animalia Amalechitarum interfici iu- bentur, ad exanimandam cupiditatem Israhelice plebi, & ut signi- ficentur, quid mali uitiorum, & huius mundi thesauri, qui per

lapides & thesauri Hiericho designantur, irrationalibus quoque uitiorum motus, qui per animalia Amalechitarum intelliguntur, non debent transire in sortem sanctorum. Animalia uero Aegy- ptiarum, & possessione eorum & primogenita grandine & morte consumpta sunt, ut in illis puniretur, quorum seueritate lara- bantur: & ut daretur intelligi, quod mundus peribit, & concu- piscencia eius. Sed & terra a Israhelitarum in sanguinem uersa est, & segetibus eorum imbres aduersi sunt, animalia eorum sterili- tari & morbo confecta sunt, ut auctorem suam, quem per bene- ficia cognoscere uoluerunt, saltem inter supplicia sentirent. In de- testationem uero peccati pecunia Simonis damnata est, cui dicitur b est. [Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia existimasti do- num Dei pecunia possideri.] In deestationem quoque eiusdem criminis altare & ecclesia, qua per simoniam consecratur, non tam consecrari, quam exeerari dicuntur: quia qua interuentu pecu- nie oleum consecrationis effudit, non consecratur, sed exeerari di- cendus est. Hinc est, quod B. Gregorius c ecclesiam ab Ariano consecratam iterum consecrari precepit: quia sanctificationem con- secrationis, que non nisi in fide trinitatis perficitur, prestare non po- terant, que fide carebant. Arca uero, & Prophecia peccato suorum criminum hostibus tradita sunt. Elethi quoque, qui murmurare eor- rum impediti sunt, non in panem criminis, sed in experimentum, & exemplum patientia hæc passi sunt. Item populus, qui peccato Acham, & filiorum Heli in manibus hostium traditus est, significat subditos corporaliter flagellari, ut inter ipsa flagella, pec- cata pratorum feriantur: sicut Acham forte deprehensus lapidi- bus obrutus est.

Sic & nauicula d Iona periclitatur, ut fugiuit forte depra- hensus fluctibus immergeretur. Aliquando pro merito pratorum deprauatur uita subditorum, ut praelati subditi fauente ad malum cum eis simul corrumpant: sicut filii Israhel diu periantes pecca- to sacerdotum, tandem cum eis occiderunt in manibus hostium. Item David e populum muneravit: quo peccato gladius Domini defecit in populum. Sed in lata gente gloria regu est, in diminitu- ne plebi contritus principis. Qui ergo de numerofitate sua gentis su- perbiuit, iure in eius diminutione punitus est.

Item paruulos Sodomitarum f non excusatur ignorantia, quin pro paterno scelere caelesti igne consumerentur: sed igne hoc pena illis dimittitur est, quibus successio patris sceleris est ad- empta. Pariter etiam demonstratum est, peccati parentum paru- ulos aliquando corporaliter flagellari. Illud idem intelligendum est de paruulis, qui peccato Dathan g, & Abiron, uiri descendunt ad inferna.

Item Cham h peccante, Chanaan filius eius maledicitur: Grezi i delinquente, lepra transmittitur ad posterum. Iudei k clamantibus [Sanguis eius super nos, & super filios nostros] etiam reliquis eorum pena mortis Christi addita sunt. Achab l quos, peccante pesteri e, ueregia filium amiserunt: & qui de eius femine in regno Iuda nati sunt, usq, ad preteritam labem illius familia, a ge- nealogia Domini sunt exclusi. Odium quoque Esau (ut Maluchias m testatur) transfuit ad Idumæos. Ex quibus omnibus colligitur, quod ignorantia peccati non excusatur aliquem. Sed in exemplis non probantur teneri peccato alterum, nisi imitatores nequitia eorum. Quicumque enim de femine Esau & caterorum, apud Deum conuersi, paternam malitiam derelicti sunt, non odiunt, sed Dei clementiam experti sunt.

C. XII.

Item ut Ambrosius ait sermone 11.

Turbatur n nauicula Petri, in qua erat Iudas: quia qui suis meritis erat firmus, turbatus est alienis.

a Psal. 106. i. Iona. b Act. 5. c De cons. dist. 1. e. Ariarum. d Iona. e 1. Regum ult. Proverb. secundum 70. f Gen. 19. g Num. 15. h Gen. 9. i 2. Reg. 5. k Matt. 27. l 3. Regum 21. Hieron. ad e. 1. Matth. m Malach. 1. n 1. 2. q. 1. e. non turbatur.

a Sup. ead. qui apud. b Sup. ead. q. 7. si qui a simoniac. c 1. Reg. 15. e. 21. d 1. Reg. 19. e. 1. Reg. 19. f Exod. 9. g 1. Reg. 4. h 1. Reg. 4. i 1. Reg. 4. k Psal. 77.

Hujus etiam capiti sententia sumpta est ex sermone. Ambrosii, & lib. 5. c. 1. comment. ad c. 5. Luca. Apia autem verba habentur 7. 2. q. 1. c. non turbatur.

Ignorabat autem Petrus peccatum Iude. Non ergo ignorantia excusavit illum. Sed turbatio hac non peccati conquinatio, sed corporalis persecutio intelligitur: quia meritis malorum nunquam adeo prevaritur boni, ut eorum turbetur firmitas. Non itaque hii auctoritatis simoniaci probantur, pro quibus ignorantibus pecunia data est. Non ergo potest probari iste reus criminis, cuius non habuit conscientiam.

4 pars. Notandum quoque est, quod non omni ignorantia aliquem excusat. Est enim ignorantia alia facti, alia juris. Facti, alia est ejus facti, quod oportuit eum scire: alia, quod non oportuit eum scire. Quod non oportuit eum scire, sicut Apostolus a ait [Si quis infidelium vocaverit vos ad cenam, & vultis ire, quidquid vobis appositum fuerit, comedite, nihil interrogantes. Si quis vobis dixerit, hoc idolum immolatum est, nolite comedere.] Ecco quod vocatum ad cenam non oportuit scire carnes sibi appositae fuisse idoli immolatas. Quod oportuit eum scire, sicut ignorantia Iudaeorum, & reliquorum infidelium, qui ea, quae a Prophetis de Christo fuerunt pronuntiata, adhuc ignorant esse completa, unde a Iudaeis adhuc expectatur venturus. Haec nonnumquam excusat. Item ignorantia juris, alia naturalis, alia civilis. Naturalis omnibus adultis damnabilis est. Jus vero civile alii permittitur ignorare, aliis non. Iuris civilis ignorantia nemini obest in damno vitando, si negotium inde contigerit, ut si minor pecuniam dederit filiofamilias, repeti: in major vero quasi delictum est. Item si successione etiam tibi majori detatam, cum alio sine iudice dividas, putans testamentum iure subnixum, cum non esset solidam successione obtinebis: vel si id, quod nullo iure debuisti, aut iure naturali non debuisti, sed civili, tanquam ex chirographo solvas, aut promittas, repeti: non ita, si delictum. Nam si putat rem suam sibi per legem licere rapere, incidit in constitutionem i illam Codicis lib. 8. b. titulo, unde vi.

1 Constitutio. In plerisque vestris codicibus legitur, incidit in constitutionem, si quis in tantam, reliqua vacant.

In hoc autem non fuit ignorantia juris, sed facti, & illius, quod non oportuit eum scire. A reatu ergo criminis cum ignorantia excusat patrem delicti: quod est oportuit eum scire, infirmitate tamen aetatis deprehendere non poterat.

C. XIII. PALEA.

[Imperator Valentinianus Augustus.]

Si quis in tantam furoris audaciam pervenerit, ut possessionem rerum apud fscum, vel apud quoslibet homines constitutarum, ante eventum e judiciali arbitrii violenter invaserit, Dominus quidem constitutus, possessionem, quam abstulit, restituat possessori, & Dominium eius d rei amittat. Sin vero alienarum rerum e possessionem invasit, non solum eam possidentibus reddat, verum etiam restitutionem earundem rerum restituere compellatur.

QUESTIO V.

1 Quid vero quinto loco quaeritur, an liceat ei esse in ecclesia, vel fieri ordinatione, quam paterna pecunia est assecutus, auctoritate Urbani definitur, qui scribens de simoniaciis, ait inter cetera in concilio Placentino, c. 5. & sequentibus, nemq, in concilio Romano.

C. I. De parvulis, qui cupiditate parentum, ecclesias amittunt.

Quicumque sane cupiditate parentum, cum adhuc parvuli essent, ecclesias, vel ecclesiarum partes i

a 2. Corinth. 10. b tit. 4. lib. 7. c al. adventum. d al. ejusdem. e al. alienam possessionem. f Anselmus libro 7. cap. 109. C. 5.

per pecunias adepti sunt, postquam ea omnino dimiserint, si canonicè in eis vivere voluerint pro magna misericordia ibidem eos esse concedimus: neq, pro hoc facti a sacris ordinibus removemus, si alias digne inventi fuerint. Illi a vero, qui per seipsos, cum jam majoris essent aetatis, nefanda ducti cupiditate eas emerunt, si in ecclesiis canonicè vivere voluerint, servatis propriis conditionibus pro magna misericordia ibi eos ministrare permittimus. Quod si ad alias fortassis transfecti non fuerint, & in eis canonicè vivere promiserint, minoribus contenti ad sacros ordines non accedant, salva tamen omnibus Apostolica sedis auctoritate. Si b qui tamen ante empionem catholicè ordinati sunt, cum ea quae emerunt, dimiserint, & vitam canonicam egerint in suis gradibus permittantur: nisi forte ejusmodi conditio sit, ut ubi primum locum debeant obtinere. Primum enim, vel singularem, vel propofituram 2 locum in ecclesiis eos habere non patimur.

1 ¶ Partes] In capitulo ipso legitur, beneficia, sed ista non est emendatum.

2 ¶ Propofitura] In concilio subiungitur, vel officium. Hoc autem eum non in prejudicium canonis, pro misericordiae dispensatione dicitur esse, ex epistola ejusdem missa Vitali Presbytero in hac verba.

C. II. In indignate servanda simoniaci misericordia potest impendi, si eo vita commendat.

Os, qui ecclesiam emerunt, si persona talis totam vitam commendet, videlicet ut in canonicis monasteriis regulariter vivat in sui honoris officio, misericorditer concedendo, ministrare concessum absq, tamen sanctorum canonum praedictorum.

In libro manuscripto decretorum Pontificum hoc canonum ex Nicolao ad Vitalem Presbyterum Pruniensem.

3 pars. Ex hac itaque auctoritate colligitur, quod quatuor tales excusati a seatu criminis, ut supra dictum est, non in empionem, cum in ecclesiis, quae parentum pecunia adepti sunt, nisi postquam eas omnino dimiserint, & ex misericordia, ab eis esse conceditur. In quo patet, quod est illi ignorantibus peccatum sit admissum, fructum tamen paterne empionem non possunt. Quod vero a crimine excusantur hinc patet, quod post facti a sacris ordinibus non removemur. Si enim illius empionem recipias essent ad sacros ordines confidere non possent. Illud vero religendum est de eo, qui per pecuniam est adeptus sacerdotalem potestatem, non Episcopo, sed cuidam ex principibus ejus datam, tamen, ordinatore videlicet & ordinato, hoc ignorante.

C. III. De quodam, pro quo incuria parentum pecuniam dedit, non Episcopo, sed uni principum ejus.

Unde Urbanus I. scribit Alberto Medicensi Episcopo.

Præsentium portatorem, quem parentum incuria pecuniam non Episcopo, sed cuidam principum ejus datam, in vitum sacerdotii dignitatem obtinuisse suspicasti, licet sancti canones deponendum esse testentur, tamen quia culpam istam nesciens, & coactus commisit, & quia ab eodem ordine ut deponeretur, supplicavit, & troncus, ex consideratione discretionis (quae mater est omnium virtutum) magis quam ex rigore canonum, misericordiae viscera adhibendo, ipsum in eodem ordine esse fraternitati tuae consulimus: ita tamen, ut si ad ecclesia illa cui deservit e sacerdotum penuriam non partem suspensus a sacerdotali officio permaneat. Quod si factum ecclesiae utilitas exegerit, ut curam regimini assument, liceat ei ex concessione Episcopi, fraterumq, obedientiam sacerdotali officio fungi.

a c. 6. b c. 7. c al. canonis. d al. quae. e al. servimus.



QUÆSTIO VI.

Quid verò de his fieri debeat, qui ignominanter à simoniaco ordinati sunt (quod sexto loco quaesitum est) supra, in capitulo videlicet Urbani a quo sic incipit (Si quis à simoniaco, &c.) requiratur. Nunc autem de illis queritur, qui non pro ordinatione pecunias offerunt, sed pro electione: vel ut decretum electionis fiat, vel ut subscriptione firmetur, vel ut electio non resistatur, aliquibus pramia largiantur: an eorum electio vitiosa sit iudicanda. Novem videtur Spiritus sancti dogmata emere, qui non pro consecratione, sed pro electione muneribus largiuntur, cum nullius spiritualis gratia aliquis faciat electio participes. Sed facti ecclesiasticorum rerum emptores simoniaco iudicantur, quia ecclesiastica officia ita adempta sunt, ut alterum sine altero alicui non proveniat: ita quia per electionem venit ad consecrationem, perinde simoniaco habetur, qui pro electione pramia largitur, ac si pro consecratione munera dedisset.

C. I. § De iis qui pro muneribus ordinationem faciunt.

Unde Symmachus scribit Casario Episcopo, epist. 11. c. 5.

Si quis autem Episcopatum desiderat, data pecunia potentes personas minime suffragatrices adhibeat: nec ad decretum sibi faciendum clericos, vel cives ad scribendum, adhibito cuiuslibet generis timore, compellat, vel pramiis quibuslibet exhortetur.

C. II. § Simoniaco est, qui, ut eligatur, pramia largitur.

Item Gregorius dicitur c. consensibus, lib. 5. epist. 26.

Ego autem & vestra dilationi providens, & maxime animam omnipotentis Dei iudicium pertimescens, ejusdem Maximi causam subtiliter, exquiri desidero, si nullis criminibus pressis, quæ sacro ordini contradicunt, si non per simoniacam hæresim, id est, pramia quibusdam se eligentibus præbendo, ad sacerdotale pertingere officium conatur. Tunc enim liber pro vobis apud Dominum intercessor erit, si non obligatus de suis, ad locum intercessionis venerit.

C. III. § Sicut ordinatio, sic electio, vel consecratio venaliter debet præferri.

Item Gregorius Syagrius Episcopo Augustodunensi, & alii Episcopis, lib. 7. epist. 110.

Sicut et is, qui invitatus venit, quaesitus refugit, factus est altaribus admoventis, sic qui ultro ambit, vel importunè se ingerit, est proculdubio repellendus. Nam qui sic nititur ad altiora conscendere, quid aliud agit, nisi ut crescendo decrescat, & ascendendo exterius, interius ad profunda descendat? Itaque fratres charissimi in sacerdotibus ordinandis sinceritas viget: sit simplex & sine venalitate consensus: pura præferatur electio, ut si ad summam sacerdotii non suffragio venditorum proventus, sed Dei creatur esse iudicio.

¶ Summa in vulgari codicibus legatur, ad summum sacerdotii, vel Pontificii. Emendatus verò est hic locus ex originali, Anselmo, Polycarpo, & plerisque vetustis Gratiani exemplaribus.

Si autem pecunia promissa fuerit, vel soluta, electio vel ordinatio penitus ignorante, nec eo modo ad electionem, vel ordinationem pervenerit, si nullatenus obesse videtur: nec ad reatum criminis pertinet, cuius conscientiam non habuit, nec ad electionis, vel ordinationis cassationem, ad quam ultra non per præviam illorum cupiditatem, pervenisse docetur.

a ead. g. 1. b Polyc. l. 2. tit. 1. Ansel. l. 6. c. 69. c al. Salom. d Ansel. l. 6. c. 70. Polyc. l. 2. tit. 3. e Ansel. l. 6. c. 79. Polyc. 2. tit. 3. f Ansel. l. 6. c. 80.

QUÆSTIO VII.

Nunc autem de septima quaestione tractandum est, an renuncians sua hæresi sit recipiendus in Episcopali dignitate.

C. I. § Qui redeuntes ab hæresi in suis ordinibus recipiantur.

De his ita scribit Cyprianus, lib. 2. epist. 1.

Si quis Presbyteri, aut Diaconi, qui vel in ecclesia catholica prius ordinati fuerint, & postmodum perfidi, ac rebelles contra ecclesiam steterint, vel apud hæreticos à Pseudoepiscopis, & antichristis contra Christi dispositionem profana ordinatione promoti sint, & contra altare atque divinum verbum, sacrificia foris falsa ac sacrilega offerre conati sint; eos quoque hac conditione suscipi convenit: cum revertuntur, ut communione laici, b & satis habeant, quod admittuntur ad pacem, qui hostes pacis extiterint, nec debere eos revertentes ea apud nos ordinationis & honoris arma retinere, quibus contra nos rebellaverint.

¶ Convenit in originali non est verbum istud, sed loco ipsius, hæc hinc capiti antecedunt. Addimus planè, & adiungimus, frater charissime, consensus & auctoritate communi, ut etiam si qui Presbyteri, &c. Multa verò in hoc capite ex ipso B. Cypriano sunt emendata.

C. II. § De iis qui pro muneribus ordinationem faciunt, & qui redeuntes ab hæresi, in suis ordinibus recipiantur.

Item ex septima synodo c.

Si quis in omnem traditionem ecclesiasticam scriptam, vel non scriptam violat, anathema sit. ¶ Omnis * Episcopus 2. vel Presbyter, aut Diaconus convictus, quod pro muneribus ordinationem dederit, vel acceperit, à sacerdotio cadit. ¶ Sed dicunt fortasse quidam, quia poenitentiam agimus pro peccato, & Deus indulget illud. Ita & ego dico, quia omnem poenitentiam recipit Deus, & indulget per poenitentiam peccata, quæ jam facta sunt. Novi enim quod David fornicatorem & homicidam per poenitentiam receperit Deus, & quod dixerit de eo [Inveni virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.] Novi rursus eundem audientem f. à Deo [Non ædificabis mihi domum, quia vir sanguinum es.] Scio Manassem g per confessionem dimissam impietatem suam. Scio meretrices, h & telonarios per poenitentiam receptos: nullum tamen eorum, qui ante baptismum peccavit, sacerdotibus connumeratum. Scio i quosdam, dum essent in mundo, in multa fornicatione mansisse, monachos verò factos quasi luminaria mundi resplenduisse, nullum tamen ad sacerdotium ascendisse. Quod etsi raro contingit, nulla tamen lex ecclesie fuit. Novimus peccatricem prius Mariam, & post conversionem, quamvis sancta & casta, tamen inter diaconissas non est computata. Sed quid hoc dico? Sequens sanctos Apostolos, l & venerabiles Patres m cum omni fiducia clamo. Qui per simoniam ordinatus est, sive Episcopus, sive Presbyter, sive Diaconus, alienus est à sacerdotio: neque enim venalis est gratia Spiritus Sancti. Caiphæ traditio, & adinventio Simonis, à sancto sacerdotio est aliena. ¶ Et si in fornicationem lapsus est aliquis post baptismum, in sacerdotium non recipitur. Canones n enim hoc prohibent. Si quis verò cum hoc peccato ad sacerdotium proventus est, cognitus degradetur. Item paulo

a Deus dedit par. 2. & 4. Ansel. l. 8. cap. 39. b al. laici. c Ex altione i. in 7. anathematis. d Deus dedit p. 2. lvo p. 4. cap. 198. * Ex epist. Tavasii ad Ioannem. lvo p. 5. c. 121. Ansel. l. 6. c. 87. e Ad. 13. f i. Paral. 22. & i. Paral. 28. g 2. Paral. 3. h Matth. 21. Mar. 2. Luc. 5. i Can. 30. Apost. k Ioan. 21. l Act. 5. m Can. 16. Apost. n Con. Neoruf. c. 9. 15. q. 8. ca. 1. Polyc. l. 6. tit. 12.

post. ¶ Episcopum, qui per pecuniam ordinatus est, confiteor, quia per penitentiam recipitur. Deus enim bonus est in omnibus, & aperta viscera ejus omni homini penitenti. Sed quoniam juxta Apostolum, a oportet Episcopum irreprehensibilem esse, quicumque per pecuniam, vel ordinaverit aliquem, vel ordinatus est, ab omni sacerdotio alienus sit. ¶ Tarasius Patriarcha b dixit: Quicumque per pecuniam vel ordinari, vel ordinaverunt, vel ordinati sunt Episcopi, vel Presbyteri, vel Diaconi, vel quilibet de numero sacerdotali, repellantur omnino à sacerdotali honore; sicut Simon magus à Petro. Quicumque 6 per pecuniam c, dispensationem, vel curam sortiti sunt monasteriorum vel ecclesiarum, vel religiosarum domorum, gerontocomiorum, xenodochiorum, orphanotrophiorum, cum depositione expellantur à dispensatione illa & cura. Qui post baptismum cadens in fornicationem ordinatus est, si postmodum confessus fuerit, cesset à ministerio, si verò convictus ab aliquo, deponatur omnino. Similiter percussor Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, per se, vel per aliquem alium, quasi per hoc timere volens, deponatur. Idem. ¶ Qui per seculares potestates d ordinatus fuerit, aut ecclesiam obtinuerit, deponatur: si verò 7 religiosam domum, expellatur.

1 ¶ Si quis] Caput hoc ex magna parte collectum est ex variis locis septima synodi, sed non ex versione Anastasii bibliothecarii, qua aliqui sepe uti solet Gratianus. Initium quidem est in actione prima anathematisimo septimo.

2 ¶ Omnis Episcopus] Hinc usque ad vers. Tarasius Patriarcha sumpta sunt ex epistola Tarasii ad Joannem Presbyterum, omnia tamen interdum nonnulli verba: qua quidem epistola in versione Anastasii est post actiones, & canones septima synodi: sed in nova versione impressa in tomis conciliorum, est antea sumpta synodum.

3 ¶ Ante baptismum] Hoc quidem loco perspicuum erratum est, quod auctori glossa negorum exhibuit. Ἐδὲν αὖ τῶν αἰσ ἐρεωσῶν δὲ οὐκ ἔστιν, & μὴ πρὸς τὸ βαπτισματὶ τῶ το πρὸς αὐτῶν. id est, neminem verò horum in sacerdotio adnumeratum, nisi si forte ante baptismum hoc admittit.

4 ¶ Esti raro] Longe plentis in nova versione. Quod si autem id semel atque iterum factum est, non tamen confestim legem in ecclesia prescribit. Græcè est, ἐν τῶν αἰσ ὁ λόγος, & ὁ μὲν οὐκ ἀνελεῖται τῶ το.

5 ¶ Tarasius] Hac videtur sumpta ex epistola Tarasii ad Hadrianum (de qua dictum est supr. q. 1. ad c. eos qui.) aut ex quinto capite septima synodi: quibus loca refertur canon trigessimus Apostolorum.

6 ¶ Quicumque per pecuniam] Hac habentur etiam novella 123.6.24. apud Iulianum antecessorem.

7 ¶ Si verò religiosam] Hac non sunt in canone Apost.

C. III. ¶ De eodem. P A L E A.

[Item ex concilio Meldensi, c. 43.]

Avendum est, & summo opere studendum, fac virtutem Christianissimum interdendum & Episcopis, & regibus, & omnibus sublimioribus potestatibus, atque cunctis factoribus, & electoribus quorumcumque, atque censoribus, seu ordinatoribus in gradu ecclesiastico, ut nemo per simoniacam heresim, regiminis locum obtineat, quacunque factione, calliditate, promissione, seu commoditate, aut datione per se, aut per submissam 9 personam.

a 1. Tom 3. b In epist. Tarasii ad Hadrianum, & in 7. synod. c. 5. ex canone Apost. 30. c In ea. epist. & c. 5. ex concil. Chalced. c. 2. n. vel. 123. c. 24. apud Iulianum antecess. Concil. Neoces. c. 9. Can. 6. al. 5. Apost. d dist. 63. omni elect. Can. Apost. 29. al. 1. & in sept. synod. c. 3. e Et copiosius in schedis, de quibus 12. q. 2. precaria. Burch. l. 1. c. 21. l. 1. p. 5. cap. 75. f al. proavendum. g al. emissam.

G. IV. ¶ Qui redeunt ab hereticis recipi possunt, vel non.

Item in eadem synodo septima, actione prima.

2 ¶ Conventibus Petro Archipresbytero, & Petro Mybytero, & abbate monasterii sancti Sabæ, locum tenentibus Hadriani Papæ, & Tarasio Archiepiscopo Constantinopolis, & Ioanne, & Thoma apocrypharum Apostolicarum sedium orientalium, & ceteris Episcopis Episcopi Sicilia dixerunt. Dignum est, i ut de haresi inquiramus. ¶ Item Basilius Episcopus Ancyrae dicitur Constitutio 2 ecclesiastica habet canonicè tradita antiquo à sanctis Apostolis, & successoribus eorum, sanctis patribus nostris, & magistris, & sanctis universaliibus sex synodis, & localibus synodis orthodoxis, ut qui ab aliqua heresi revertuntur ad orthodoxam fidem, & traditionem catholicæ ecclesiæ, scripto negotio debeant heresim suam, & confiteri catholicam fidem.

¶ Item Tarasius Patriarcha dicit. Videtur vobis, ut des suas recipiant, qui ab heresi revertuntur? ¶ Basilio filium monachi dixerunt: sicut receperunt universales sex synodi ab heresi revertentes, ita & nos recipimus. ¶ Sancta synodus dixit: placet omnibus rebus. Et iusti sunt Basilius Episcopus Ancyrae, & Theodosius Episcopus Myrorum a civitatis, & Theodosius Episcopus Amorii sedere in gradibus, & in sedibus.

¶ Item Constantinus 3 Episcopus Cypri dixit: non oportet nos, qui Episcopi sumus, indigere doctrina aliorum esse doctores. ¶ Item Tarasius Episcopus dicit: matorum 4 doctorum mala est doctrina. Ecce de malis doctoribus sacerdotis non recipit. ¶ Item Ioannes 5 Apocrypharum orientalium sedium, dicit heresim separat omnem hominem ab Ecclesia. ¶ Item Tarasius Episcopus dicit: Ecce multi canonici libri, & synodici, & paterni lecti sunt: & ab heresi revertentes docuerunt nos recipere, si aliqua 6 alia causa non sit in eis.

¶ Item Petrus 7 Apocrypharum Papæ dicit: hinc exulatus est Macharius hereticus a sancta fidei synodo, & quadraginta dierum iudicium dedit illi pater noster Benedictus Papa, & quotidie mitebat ad eum Bonifacium consiliarium suum, & instruebat eum cum monitoriis verbis ex divina scriptura, & nullatenus voluit emendari. Hoc autem faciebat, ut eum reciperet in ordine suo.

¶ Item Tarasius Episcopus dicit: quid dicitis de Anatolio? nonne etiam in quantitate factus est princeps? & ecce ab ipso Diocoro natus est. Et nos igitur ita recipiamus eos, qui ab hereticis ordinati sunt, sicut & Anatolius receperunt.

¶ Item: Verè vox e Dei est, quoniam non modicum filii pro patribus; sed unusquisque in peccato suo meretur: addatur, quoniam ex Deo est ordinatio. ¶ Item Tarasius Patriarcha dicit: audivimus patrem multum ta. Quid igitur? Oportet recipere ab hereticis ordinatos? Sancta synodus dixit: audivimus domine, & oportet nos recipere.

¶ Tarasius Patriarcha dicit: Hinc eorum, qui in sexta synodo convenirent, à Sergio, Cyrillo, Paulo & Petro ordinati sunt, qui fuerunt graviter hereseos Monothetarum: quoniam isti constantinim d in Constantinopolitana sede sederunt, & ab istis eorum, Petro scilicet, usque ad sextam 8 synodum non fuerunt plures quam duodecim anni. Thoma vero, & Ioannes, & Constantinus ab hereticis illis Ancyrae Episcopi facti sunt, & tamen propter hoc non sunt recepti.

¶ Sancta synodus dixit: hoc manifestum est. ¶ Constantinus Episcopus Cypri dicit: sufficienter ostensum est, quod ab hereticis venientes recipere sunt. Si verò quis sponte ad hereticum vadit, & accipit ordinationem, non recipitur. ¶ Item Tarasius Patriarcha

a al. Miron. b al. patriarcha. c. Ezechiel. 4. 14. d. ἀποδοσῶντα.



Similiter ex dispensatione etiam in Nicæno concilio c. 8. de Novatianis statutum est, ut ad ecclesiam redeuntes ordinentur.

C. VIII. ¶ Iterum ordinentur, qui ex Novatianis ad ecclesiam redierint.

SI qui voluerint venire ad ecclesiam catholicam & Apostolicam ex Novatianis, placuit sancto concilio, ut i ordinentur, & sic maneant in clero. Ante omnia autem hanc ab eis confessionem per scripturam exigi oportet, ut fateantur se communi consensu ecclesie catholice & Apostolice statuta observaturos.

¶ Ut ordinentur. Græci est. ὡς ἐπεὶ ἡμεῖς ἡμεῖς ἀντιπάλους ἑαυτῶν ἐσμέν. quod Dionysius veritus, ut impositionem manus accipientes sic in clero permanent. At Tarasius Patriarcha Constantinopolitanus in actione prima, septima synodi, post recitationem istius canonis, istam vocem, καὶ ἐὰν ἴστω, interpretatur benedictionem, non ordinationem.

C. IX. ¶ Iuramentum à schismate redeuntium. Item Gregorius lib. 10. reg. epist. 31.

QVOTIES a cordis oculus nube erroris obductus, supernæ illustrationis lumine fit serenus, magna cautela nitendum est, ne latentem auctor schismatis irruat, & ab unitatis radice eos, qui ad eam reversi fuerant, telo iterum erroris abscondat. Et ideo postquam ego i ille civitatis illius Episcopus, comperto divisionis laqueo, quo tenebar, diutina mecum cogitatione, pettractans, prona & spontanea voluntate ad unitatem sedis Apostolice, divina gratia duce, reversus sum, & ne non pura mente, sed simulata reverfus existimer, spondeo sub ordinis mei, cusu, & anathematis obligatione, atque promitto tibi, & per te sancto Petro Apostolorum principi, atque eius vicario beatissimo Gregorio, vel successoribus ipsius, me nunquam quorūlibet suasionibus, vel quocunque alio modo, schisma, de quo redemptoris nostri misericordia liberante ereptus sum, reversum; sed semper me in unitate sanctæ ecclesie catholice, & communionis Romani Pontificis permanurum. Unde iurans dico per Deum omnipotentem, & hæc sancta quatuor Evangelia, quæ in manibus meis teneo, & salutem de dominorum nostrorum Republicam gubernantium, me in unitate, sicut dixi, ecclesie catholice, & communionis Romani Pontificis semper & sine dubio permanere. Quod si (quod absit) aliqua excusatione, vel argumento ab hac me unitate divisero, perjuri reatum incurrens, æterna poenæ obligatus inveniar, & cum auctore schismatis habeam in futuro seculo portionem. Hanc autem professionis, promissionisque meæ chartulam: notario illi cum consensu Presbyterorum, & Diaconorum, atque clericorum, qui me in hac unitate obligantes, in superscriptis omnibus prona simul voluntate secuti, atque propriis manibus subscripserunt, scribendam distavi, & propria manu subscribens tibi tradidi. Acta in loco illo, die illo, & consiliis superscriptis. Subscriptio Episcopi illius. Ego ille, Episcopus civitatis illius, huic confessioni promissionique meæ, præfatio de conferendis superscriptis omnibus sacramento, subscripsi.

¶ Ego ille] Reposta est antiqua nota; illæ, ex codicibus epistolarum B. Gregorii impressis, ac manuscriptis, quæ quidem nota in hoc capite multoties repetitur. Pro ea in vulgatis Gratiani exemplaribus erat N. Aliqua verò alia, quæ parum ab originali discrepabat, nihil causa visum est, cur mutarentur.

Ceterum ex canonum vigore contra scribit Felix Papa tertius omnibus Episcopis, epist. 1. c. 5.

a Anselm. lib. 6. c. 161. Polyc. lib. 7. tit. 6. b al. salutoris gentium, atque illustrum dominorum,] al. gentium, illustrum. Anselm.

C. X. ¶ Qui extra ecclesiam baptizati fuerint, vel rebaptizati, ad ecclesiasticam militiam non admittantur.

QVI a in qualibet ætate alibi, quam in ecclesia catholica aut baptizati: aut rebaptizati sunt, ad ecclesiasticam militiam profus non b permittantur accedere. Quibus satis esse debet; quod in catholicorum numero sunt reapti. Quoniam de suo ordine, & communionis videbitur ferre iudicium, quisquis hoc iuraverit institutum, vel qui non removerit eum: quæ ex e ejus cœtu ad ministerium clericale obrepisse cognoverit.

Pro persona: sicut beatus Gregorius scribens Ianuario Episcopo, lib. 7. indist. 2. epist. 1. ait.

C. XI. ¶ Rigor canonum pro persona aliquando relaxatur.

ANTA d nequitia ad aures meas de tua senectute pervenit, ut eam nisi adhuc humanitus penitus, fixa jam maledictione feriremus: & infra. ¶ B quidem poenæ sententia in te fuerat iaculanda: sed quæ simplicitatem tuam cum senectute novimus, interea cœmum.

Pietatis intuitu: sicut de illiteratis, e & corpore vitium Colasius ait Episcopi per Lucianum, epist. 1. c. 18.

C. XII. ¶ Canonum de cetera pietatis intuitu nunquam relaxantur.

SI qui vel temeritate propria, vel incuria præsumptum tales ante suscepti sunt; in his, in quibus constituti sunt, locis eatenus perseverent, ut nihil unquam promotionis accipiant, satisque habeant hoc ipsum pro nimia miseratione concessum.

Necessitatis intuitu: sicut Hilarius Papa, qui cum de quadam Episcopo præter notitiam atque consensum metropolitani oratione loqueretur, ne in utroque grave scandalum fieret, ad epistola sua ad Ascarnum, & universos Episcopos Terrarum provinciarum.

C. XIII. Necessitatis causa quædam in ecclesia tolerantur.

QVONIAM quidquid ab alterutra parte est indicium, omni videmus perveritate confusum, utroporum necessitate perspecta, hac ratione decernimus ad veniam pertinere quod gestum est, ut nullus i deinceps præter notitiam atque consensum metropolitani ordinetur & antistes.

¶ Nullus] Hoc loco verba: Hilarii summam referuntur.

C. XIV. ¶ De eodem. Item Innocentius Episcopus Macedonio, epist. 32. c. 6.

QVOTIES a populis, aut à turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non potest indicari, multum solè transire. Piora ergo dimittenda tibi: deo iudicio, & de reliquo maxima sollicitudine præcavendum.

C. XV. ¶ Ex dispensatione quædam tolerantur, quæ canonum rigor condemnat.

Item ex epistola Cyrilli missæ Maximo Diacono Antiocheno.

DIIDICI b à diligendo mihi Paulo Monacho, quæ recusat pietas tua usque hodie communionem reverendissimi Episcopi Ioannis amplecti, pro eo, quod quidam in Antiochena ecclesia male adhuc cum Nestorio vel sentiant, vel jam senserint quidem, sed fœditan resipuerint. Probet igitur tua modestia, utrum aliquando hi, qui dicuntur colligi, nude, ac irreverentes

a Ansel. l. 7. c. 17. Burch. l. 4. c. 292. Ivo p. 1. c. 297. b ut nunquam] orig. c. ex eis ad. mims. orig. d Supra dist. 16. tanta. Burch. l. 1. c. 197. Ivo p. 2. cap. 78. & p. 5. c. 311. c Supra dist. 36. illiteratos. f Ante c. 1. g consecratis. orig. h In prima actione septima synodi. Ivo in prologo. Pœnam. ut prologo. c. 13.

tionem concedi, fas erit amplius impune committi: ne 2, quod ad tempus pia lenitate concessimus, iusta post hac ultione plectamus.

1 ¶ Exigunt causa] In ipsa epistola Leonis haec antecedunt. Cum ergo inter vos tantum valuerint aut studia populorum aut ambus superborum, ut non solum laicos, sed etiam secundarum (sic enim recte legitur in epistola cum aliis beati Leonis operibus Colonia impressa, non Sculacium, ut in raris concelliorum) uxorum viros, aut viduarum maritos, ad officium cognoscamus pastorale proveltos, nonne aptissima exigunt cause, ut ecclesiae, in quibus ista commissa, iudicio severiore purgentur, & non solum in tales profules, &c. Est vero caput hoc multilocus in summam redactum, omnia narratione delictorum illorum, quibus minimè sanctissimus ille Pontifex ignoscit.

2 ¶ Ne, quod ad tempus] Haec, quae reperuntur §. c. Donatum sumpta sunt ex secundo capite eadem epistola.

C. XIX. ¶ Donatista & Novatiani, quamvis reprobè, sicut ordinati, tamen ex necessitate tolerantur.

Idem ibidem initio, c. 3.

Maximum quoque ex laico, licet reprehensibiliter, ordinatum, tamen si Donatista iam non est, & à spiritu schismaticæ pravitatis alienus, ab episcopali, quam quoquo modo adeptus est, non repellamus dignitate: ita ut & ipse libello ad nos directo à catholicum se esse manifestet.

C. XX. ¶ De eodem. Idem in eadem epist. c. 3.

Donatum autem Salicinensem plebe conversum, ita Dominico volumus gregi praesidere, ut libellum fidei suae ad nos meminerit dirigendum: quo & Novatiani dogmatis damnet errorem, & plenissime confiteatur catholicam veritatem. Quae enim nunc certarum remissimus consideratione causarum, antiquis deinceps custodienda sunt regulis, ne, quod ad tempus pia lenitate concessimus, iusta posthac ultione plectamus.

C. XXI. ¶ Reduentes ab haereticis, post publicam professionem in suis ordinibus recipi possunt.

Item Ianuario d. Episcopo Aquilegensis, epist. 3.

Saluberrimum est enim, & spiritualis medicinae utilitate plenissimum est, ut siue Presbyteri, siue Diaconi, aut cuiuslibet ordinis clerici, qui se correctos videri volunt, atque ad catholicam fidem, quam iam pridem amiserant, rursus reverti ambiunt, prius errores suos, & ipsos auctores errorum damnari à se sine ambiguitate fateantur: ut sensibus pravus etiam peremptis nulla sperandi superstit occasio, ne ullum membrum tallum possit societate violari: cum per omnia illis professio propria coeperit obviare. Circa quos etiam illam canonum constitutionem praecipimus custodiri, ut in magno habeant beneficio, si adempta sibi omni spe promotionis, in quo inveniantur ordine, stabilitate perpetua maneani: si tamen iterata tunc non fuerint maculati.

C. XXII. ¶ Ab haereticis redeuntes, haereticum & ejus aulum publice desistantur.

Item ex concilio Martini Papae, c. 36.

Si quis Episcopus, siue alicujus Episcopi Presbyter, aut Diaconus in alicujus haereticis opinionem offenderit, & ob hanc causam fuerit excommunicatus, nullus Episcopus eum in communionem recipiat, nisi prius in communi concilio, postrecto fidei suae libello, satisfaciat omnibus, & ita liberam suam teneat purgationem. Hoc idem & de fidelibus laicis sit decretum, si in aliqua haereticis opinione fuerint nominati.

5 pars. Ecce quibus de causis quadam in ecclesia tolerantur.

a al. edens. b al. Semmacensem. c ibid. c. 2. d al. Julia. v. e Idem epist. 3. ad Septimum. An. l. 12. c. 39. l. 10 p. 6. c. 21. i. g. omnis cuiuslibet. f In capitulis Martini Draca.

tur, quae eadem cessantibus pia severitate vindicantur. Quae autem rem toleranda sint, quando rescanda, Gelasius Papa dicitur dicens Episcopis per Lucaniam, epist. l. c. 11.

C. XXIII. ¶ Quando in ecclesia aliqua sine tolerantia.

Est illa nonnunquam finenda sunt, quae, si ceterum tamen sunt magnoere praevacanda, quae recipi, nisi manifesta decoloratione non possunt. Ac si ea ipsa, quae nullo detrimento aliquoties indulgentia creduntur, rerum temporumque cogit intuitus, vel accelerata pervisionis respectus excusant, quanto magis illa nullatenus mutilanda sunt, quae nec ulla necessitas, nec ecclesiastica prorsus extorquet utilitas?

Aliquando enim pro necessitate, nec utilitate ecclesia mutatur & laxantur praeccepta canonica.

6 pars. Brevis ostendimus, qui revertentes ab haereticis, in ordinibus valeant recipi, vel qui non. Nunc autem quatuor de quibus ab haereticis ordinati sunt, si ad unitatem catholicae matris revertentur, utrum in eodem ordine iterum valeant ordinari, mel enim consecratus (ut ait B. Gregorius) a iterum consecrari debet. ¶ Item sacramenta quae ab haereticis in forma catholica ministrantur (sicut Augustinus testatur) reiterari non debent, ut non boni sed sacramento videatur injuria fieri. ¶ Sed ubi Gregorius de his intelligitur, qui consecrationem sacerdotum, vel episcopalem acceperunt: qui aut per manus impositionem, vel ecclesiam redeunt, effectum suae unionis accipiunt, et in administratione perpetuo cessare jubentur. Similiter etiam si in eadem mystica unione, & de facramento baptismi intelligitur. ¶ Sunt autem in ecclesia alii ordines, qui sine sacramento, sola Episcopi benedictione, cum quadam vestimenta vel indumentorum distributione praestantur, ut sunt lectors, & ceteri infra eos constituti. Hi quamvis ab haereticis ordinantur, non ad ecclesiam redeuntes in eodem ordine (si alias digni fuerint) ecclesia ordinantur: nec sunt tunc reiteratio moneri, cum ab haereticis nihil doceatur eis fuisse collatum.

C. XXIV. ¶ Reduentes ab haereticis sine ordinandi.

Unde Urbanus II. scribit Petro Pistoriensis Episcopo, & abbas abbati vallis umbrosa.

Dalbertum d. à Nezelone 1, licet simoniaco, & simoniaco ejusdem confessione reperimus in Diano ordinatum: & B. Innocentii Papae sententia confirmatum, quod Nezelon (quem Nezelon qui haereticus ordinatum) quia nihil habuit, nihil dare potuit, cui tamen imposuit. Nos igitur tanti Pontificis auctoritate innati, & Damasi e. Papa testimonio roborati, qui aut reiterari oportet, quod male actum est; Dalbertum ab haereticis corpore & spiritu digestum, atque unquam ecclesiae pro viribus infundantem, ex integro (ecclesiae necessitate ingruente) Diaconum constitutum. Quod tamen iterationem existimari censemus, sed tantum iterum Diaconi dationem: quoniam, ut praediximus, qui nihil habuit, nihil dare potuit.

1 ¶ Nezelone] Marius Scarus in vita Gregorii VIII. mentionem facit Archiepiscopi Magdeburg. hoc nomine appellari.

C. XXV. ¶ De eodem.

Item Damasus Papa, epist. 4. de Corpore Episcopi.

Per illicitam f. manus impositionem vulnerata caput illi, qui videbantur aliquid accepisse, habebant: & ubi vulnus infixum est, necesse est medicamentum adhibere, quae infixa sanetur macula: id est, referre necesse est, quod legitimum actum, aut collatum in iudicio probatur. Nam quomodo honorem possis retinere, qui ab illo accepit qui potestatem dare legitime non habuit, invenire non possunt.

a supra dist. 68. c. 1. b supra. ca. 9. i. quod quidem. c al. ordinationum. d Pann. d. 3. c. 1. e supra. r. q. 1. c. 1. f sequent. per illicitam. g p. q. 1. per illicitam. h Probatur



1. Probatur] In originali hac adduntur, si perfectum esse debeat.

C. XXVI. g. In lib. 9. Cod. tit. a. ad legem Juliam reprobatarum Imp. Theodosius a Valentianus A. A. Florentina.

7. Ancimus ejusmodi viros ad provincias regendas accedere, qui ad honoris insigniam non ambitione, vel pretio, sed probate vite, & amplitudinis tuæ, b. solent testimonio promoveri: ita sane, ut quibus hi honores per sedistur, vel per nostram fuerint electionem commissi, jurati inter gesta deponant, se pro administrationibus sortiendis neque dedisse quidpiam, neque daturos unquam postmodum fore, sive per se, sive per interpositam personam in fraudem legis, sacramentique, aut donationis, venditionisve titulo, aut alio velamento ejusque contractus: & ob hoc (exceptis salariis) nihil penitus tam in administratione positos, quam post depositum officium pro aliquo præfite beneficio tempore administrationis, quam gratuito meruerint, accepturos. Et licet neminem divini timoris, contemnendo jururandum, arbitremur immemorem, ut saluti propriae ullum commidum anteponat, tamen ut ad salutis timorem etiam necessitas periculi subjungat, si quis ausus fuerit præbita sacramenta negligere, non modo adversus accipientem, sed etiam adversus tantem, accusandi cunctis tanquam publico crimine, concedimus facultatem, quadrupli poena eo, qui convictus fuerit, modis omnibus sciendo.

C. XXVII. g. De eodem. Item Paschalis Papa.

Pateat simoniacos, veluti primos & præcipuos hæreticos, ab omnibus fidelibus respiciendos, & si commo- niti non resipuerint, ab exieris potestatibus opprimendos. Omnia enim crimina ad comparationem simoniacæ hæreticæ quali pro nihilo reputantur.

g. In tribus vetustis exemplaribus post caput sancimus, omnia inscriptum Paschalis, & capite isto, Patet sequuntur continenter subiecta Gratiani verba, His breviter, &c.

Hæreticæ præmissi ad ea veniamus, que ecclesia severitate discipline parata est ulcisci, ostendentes, quibus occulantibus, vel resistentibus quilibet sint committendi, quo iudice quisq. debeat condemnari, vel absolvi, si causa variata sit, quo remedio possit sublevari si accusatores descierint, an reus sit cogendus ad purgationem. Et ut factus pateat quod dictum sumus, exemplum ponamus sub oculis, in quo auctoritates hinc inde contravenientes distinguantur, & quod sanctorum Patrum sanctæ auctoritas, liquido continetur.

CAUSA II.

Vidam Episcopus de lapsu carnis a laico impetrat. Duo monachi, unus sabitanus, & duo levita. adversus ipsam testimonium ferunt. A metropolitano suo senit se pregraviari. In ipsa ventratione causa res ex testibus descierunt, sive promissione decepti c. sive canonica examinatione reprobari. Expoliatur tamen Episcopus, quia crimen que notorium erat.

- 1. Hic primam queritur, an in manifestis iudicarius ordo sit requirendus.
2. Secundo, an expoliatus ab aliquo sit iudicandus.
3. Tertio, qua poena sint ferendi, qui in accusatione, vel testificatione descierint.
4. Quarto, an diversum testimonio sit condemnandus.
5. Quinto, si descipientibus accusatoribus sit cogendus ad purgationem.
6. Sexto, si remedium sit dandum ei, qui causa dilationis vocem appellationis exhibitur.
7. Septimo, si laici, monachi, vel quilibet inferiorum ordinum in accusatione majorum sint audendi.
8. Octavo, quomodo debeat fieri accusatio, an in scriptis, an sine scriptis.

a. Ut. 27. l. 6. b. al. sua. c. al. illi.

QUESTIO I.

Q. Vad autem nullus sine iudicario ordine damnari valeat, auctoritatibus multis probatur.

C. I. g. Damarianus valet, nisi aut convictus, aut sponte confessus.

De eo narra, ait August. hom. 50. de utilitate penitentiae. Nos a in quenquam sententiam ferre non possumus, nisi aut convictum, aut sponte confessum.

C. II. g. De eodem.

Item Constantinus Imperator. Iudex * criminosum discutiens, non ante sententiam proferat capitalem, quam aut reum se ipse confiteatur, aut per innocentes testes convincatur.

g. Habetur caput hoc Cod. Theodost. l. 9. tit. 40. in legis prima interpretatione, item, in capitulis Hadrian, c. 57. & C. 3. c. 156.

Hoc a idem testatur Augustinus, & eisdem verbis.

1. Hoc] Absent ista ab uno ex pervestiti exemplaribus. C. III. g. De eodem.

Item Gregorius lib. 3. epist. 30.

Sicut b sine iudicio quenquam nolumus condemnari, ita que iuste i. diffinita fuerint, nulla patimur excusatione differri.

1. Iuste] Absent vox ista ab originali. In uno autem manuscripto Gratiani est, iusta sunt diffinita sententia.

C. IV. g. De eodem.

Item Eleutherius Episcopus ad Episcopos Gallie.

Nihil e [contra d quemlibet accusatum] absque legitimo, & idoneo accusatore fiat. Nam & Dominus noster Iesus Christus Iudam suum esse sciebat; sed quia non est accusatus, ideo non est eiectus.

C. V. g. De eodem.

Item Felix Papa I. ad Patrem Episcopum.

Primates e accusatum discutiens Episcopum, non ante sententiam proferat damnationis, quam Apostolica i freta auctoritate, aut reum se ipse confiteatur, aut per innocentes, & canonicè s examinatos regulariter testes convincatur. Alter irritam esse censemus, & injustam Episcoporum damnationem, & idcirco a synodo retractandam, ita ut oppressis ab omnibus in cunctis subveniatur causis.

1. Apostolica freta auctoritate] Hac addita sunt exemplaria Felici & Zepherini. Nam damnari Episcopi sine consensu & auctoritate Romani Pontificis nec tunc poterant, nec nunc possunt. 39. c. discutere. & alibi.

C. VI. g. Multi per tolerantiam sustinendi sunt, quamvis sententia divina iudicii sint condemnati.

Idem decrevit Zepherinus Papa. * Item August. 1.

Vnus ex vobis me traditurus est. Bene dixit, g. ex vobis, & non ex nobis. Ex vobis enim est, a quibus per iudicariam potestatem confessus, aut convictus, exclusus non est. A me vero, qui nullis indigeo argumentis, & omnia certissime novi, separatus & divisus est. Tale enim est, ac si diceret, est ego cum per occulti iudicii sententiam damnatum habeo, vos tamen adhuc illum, per tolerantiam sustinetis.

1. Augustinus] Sic in multis vetustis exemplaribus: quamvis verba huius capitis apud S. August. non sunt inventa.

C. VII. g. Nullum servetur iudicium, nisi rationaliter habitum.

Item Gregorius Ianni defensoris eunti in Hispaniam, lib. 11. epist. 30.

In primis b requirendum est de persona Presbyteri dilectissimi i fratris & Coepiscopi nostri Ianuarii,

a sup. ea. multi. * In capitulis per Hadrianum collectis. c. 37. Cap. 3. c. 156. Burel. 136. c. 6. Pamm. l. 4. c. 111. b. Anst. 3. c. 30. c. Anst. 13. c. 54. Poly. l. 3. tit. 1. Pamm. l. 4. c. 115. d. Absent ista ab origen. e. El Zepherinus epist. 1. ad Episcopos Sicilia usq. ad vers. aliter. Anst. 3. c. 68. Burel. l. 1. c. 137. Ivo p. 5. c. 145. & 247. Pamm. l. 4. c. 137. q. 3. irritam. f. Absent ab epist. Zepherini. * Zepherinus loca proxime indicato. g. Matth. 26. h. Anst. l. 6. 99. i. forte legendum, & dilectissimi.

